BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
32 — D
4

Digitized by Google



. l. l. sp. 11.

Digitized by Google

Digitized by Google

P-23-D-4

GREGORII X.
EX FAMILIA VICECOMITVM PLACENTINA PONT. MAX.
VITA

A PETRO MARIA CAMPIO
PLACENTINO CANONICO
ITALICE DESCRIPTA,
ET
A SYLVESTRO PETRASANCTA
Societatis Ieſu, Latinè reddita.



ROMÆ, Typis Hæredum Corbelletti, M. DC. LV.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Palat. Apoſt.

M. Anania Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus Viceſg.

IMPRIMATVR,

Fr. Raymundus Capiſuccus Ord. Præd. Sacr. Apoſt. Pal. Magiſt.

Digitized by Google

SANCTISS.MO DOMINO NOSTRO

ALEXANDRO VII.

PONT. MAX.

RANVTIVS SCOTVS PLACENTINVS
Iuliæ Fidentiæ Epiſcopus. Felicitatem.

DECET ſanè B.P. tutorem, fideliter exactèq; curam gerere pupillorum, qui eius fidei relicti, & commendati ſint; quoniam tueri ſe ipſos miſeri, ex virium tenuitate nō poſſunt. Mihi verò cum venerit iam pridem in manus, tanquam orbatum parentẽ pignus, poſthumus liber, de vita, rebuſq; geſtis Gregorij X. Pont. Max. idiomate primũ Italico à Petro Maria Campio, Eccleſiæ Placentinæ Canonico ſcriptus, deinde à Sylue-

ſtro

tro Petra ſancta Soc. Ieſu latinitate donatus, auctusſq; mearum eſſe partium duxi, operi egregio, mole non magno, laude ac virtute quammaximo, vti pupillo, parentibus deſtituto, in Patris locum ſuccedere; idq. ne inglorium pereat, aut certè in tenebris lateat; imò potius, vt publicæ vtilitati ſeruetur, & viuat, pro virili contendere. Operam in hoc meam vrgebat maximè, cum vtriuſq; Authoris gratiſſima mihi recordatio; alterius quidem cōciuis mei, litteris, prudentia, & morum probitate clariſſimi; alterius verò Religioſiſſimi viri, & amici ſingularis: tum præcipuè ipſius Summi Pontificis, de quo vita ſcribitur, ſpectata, ac ritè cognita virtus, aris digna, faſtiſq; Sanctorum, genus ex Vicecomitum familia nobiliſſimum, patria denique Placentia, mihi quoque natalis. Nec dubij, controuerſiæq; multum fuit, cuinam dicādus eſſet hic liber; quoniam cum editus in lucem ſit, quo tempore inter Chriſtiani populi plauſus, ac totius ferè mundi acclamationes, Pōtificijs comitijs, vnanimis Purpuratorum Patrum conſenſus,

ſenſus, Te ex Chiſio Cardinali, Alexandrū VII. Summum Pontificem renunciauit, ferre ſecum quodammodo viſus eſt, atq; innuere tacitus, cui potiſſimum deberet inſcribi. Nam probatæ ſanctitatis Pōtifex, rerum præclarè geſtarū gloria celeberrimus, qualis fuit Gregorius X. cum ſit libri argumentum, non alium illi Patronum, quærere ſuo iure debet, quam eiuſdem ſanctimoniæ, doctrinæque Pontificem, Te, inquam vnum, ALEXANDER PONTIFICVM SAPIENTISSIME, qui modò fauſtiſſima Principatus initia, optimis exemplis cōſecraſti. Animaduerti nimirum, Te iam pridem, ſiue Pontificium in Germania Nuncium, ſiue Ferrariæ Prolegatum, ſiue Melitæ ſacri Queſitoris officio fungentem, plura cum Gregorio, de quo loquimur, habuiſſe ſimilia. Par fuit in ambobus, per virtutum gradus, aſcenſus ad gloriam. Meritis vterque ſuis, nō minus, quam alienis ſuffragijs eſt euectus ad ſolium. Pacis Gregorius ſtudioſiſſimus fuit, quam & conciliaſſe pariter, fertur inter Principes Chriſtianos: Tu pacis ſequeſter in Mo-

naſte-

Digitized by Google

naſterienſi conuentu, belliſq; in Germania, compoſitis, obtinēdæ in ſummo Pontificatu gloriæ, & felicitati proluſiſti; quam nempe ex diutini cōpreſsione belli, & exoptata Chriſtianorum Principum pace ſperamus. Ex hac ipſa Aurora candidiſsimi Principatus, quem nemo non probat; diem præſagire licet, nullas in tenebras, per occurſus nubium, declinantem. Ego verò, quem Pontificiæ Domus Prefectum, Tua nunc ſeruitute dignaris, gratius meo Principi donum facturus eſſe non videor, quam eius Pōtificis vitam, typis, hoc eſt, immortalitati mandatam; in qua ſuauiſsimos mores Tuos; virtutem ſummę dignitati maturam diuinę; glorię ſtudiosiſsimum pectus; vno verbo, Te ipſum noueris adumbrari; atque in Gregorio X, Alexandri VII. imaginem aliquam exhiberi. Excipe B. P. munus quod offero, verè Pontificium, quia exemplar abſolutiſſimum continet Romani Pontificis, illudq; digneris oculo, quod tam benè moribus imitaris. Viue diu ad publicam felicitatem.

Digitized by Google

Gregorij Decimi origo, Natiuitas, & prima Aetas.

Cap. I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ORTVS eſt Placentiæ, cis Padum Vrbe nobili, Gregorius Decimus ex Vicecomitum ſtirpe perantiqua, ſed incertum an congeneri eis, qui Mediolano, Vrbe Regia, ſunt potiti. Signa Gentilitia, & obita publicè munia domi, foriſque, diſſimilia penes Mediolanenſes, & Placentinos Vicecomites, diſcrimen faciunt inter familiam vtramque. Illis pro teſſera eſt Boa, erecta volumine ſinuoſo, expictaque lumine cyaneo, cum puſione purpureo ex faucibus prodeunte, in ſcuti valuulo aureo. Horum verò ſtemma eſt murus pinnulatus cyaneus cum area ſupernè minio illuſa.

Si repetere tamen ambos libeat ex vna origine; fateri oporteat primæuos proſapiæ Vicecomitum, Placentiæ olim larem fixiſſe, ac ſtabilem ſedem, ac Mediolanum indidem aliquos immigraſſe, vt capeſſerent ſceptrum, & dominationem: id verò ſuadent priſcæ Hiſtoriç monumenta.

Placentinus fuit Philippus Vicecomes, militari gloria inclytus, & ideo expetitus ab Aemiliæ Vrbibus Primarijs Dux, & aſſertor libertatis; vt eas tutaretur aduerſus Gratiani Imperatoris arma. Anno 38
Sub initia deinde Imperij, à Carolo Magno Præſes iuſtitiæ, in quibuſdam Inſubriæ oppidis, & municipijs cōſtitutus eſt Noenus Vicecomes Placentinus. Anno 80
Mediolani autem, non niſi duobus ſæculis poſtea euolutis, cœpta primùm eſt inaudiri fama, & potentia Vicecomitum. Anno 1000.

Immo ipſe Otho Magnus, Mediolaneuſis Vicecomes, gloriatur ſe puerperio vtique augurato, in ſpem ampliſſimi Principatus genitum fuiſſe: quo tempore Otho Cæſar adminiſtrabat Imperij, guber-

bernacula,& Mediolani cum poteſtate ſumma præerat vnus Vicecomes Placentinus; atque is fortaſſe fuerit Vbertus Vicecomes claro vir ingenio, & qui non modò in patria functus eſt ſupremis magiſtratibus, ſed bis Mediolani, ſemel Bononiæ, ſemel Patauij Prætor fuit.

aulus Io- us in thone.

Sed enim ante ea tempora floruerint multi, nempè Adalbertus, & Grimerius eius filius; cui Dionyſius Epiſcopus Placentinus, in quintam poſterorum ætatem, Mezzani latifundia, cum exigua penſione annui cenſus, tranſcripſerat, ex vetuſto Eccleſiæ Sancti Antonini patrimonio: atque extant hodieque huius rei publicæ tabulæ, ſignatæ chirographo Epiſcopi; in quarum etiam ima cera conſenſus adijcitur Petri S.R.E. Tituli Sanctæ Cæciliæ Presbyteri Cardinalis, atque Apoſtolici Legati.

nno 00.

Neque huic Familiæ defuerunt pietatis, ac religionis decora: nam Baiamontius Vicecomes, vitam aſceticam profeſſus eſt, in Columbæ cœnobio (quod Sanctus Bernardus ipſemet inſtituerat, ære collato à gente Viceccomitum) eaque morum commendatione vixit; vt Antiſtes loci fuerit; & cum eſſet etiam à ſacris confeſſionibus Sanctæ Franchæ Carentiæ, fundauerit patrimonio ſuo Parthenium ſodalitium ſacrarum Virginum Ordinis Ciſtercienſis. Familiæ verò vniuerſæ fuiſſe ſemper finitimam pietatem, ac religionem, argumento ſit eius auita domus, adhuc ad Sancti Silueſtri, Placentiæ ſuperſtes; cui propinqua eſt alia ædicula ſacra, hoc programmate inſcripta. *Diuæ Fidei breue hoc ſacellum per Magnificos Vicecomites ex Placentia, à fundamentis dicatum, & dotatum.*

nno 37.

Hic genitus, velut in ſinu Religionis, ac verè domeſticus fidei, Gregorius Decimus, natus eſt anno à partu Virginis milleſimo ducenteſimo decimo; dum Placentiæ Antiſtes erat Beatus Fulcus, Familiæ Scotæ Nobiliſſimæ lucidum ſydus. Ignorantur quidem progenitorum eius nomina, ſed conſtat eiuſmodi fuiſſe; à quibus cum ſanguine affatim potuerit haurire virtutem, & gloriam.

Expiatus Chriſtianis ſacris, Theobaldus vocatus eſt. (Thedaldum, aut Thebaldum appellant alij,) pièque, ac liberaliter innutritus, vbi primùm ex ephœbis exceſſit, vti iam imbutus erat omni politiore litteratura, maluit Pontificij iuris prudentiam conſectari, poſthabitis aliis forenſibus exercitationibus. Deliberauerat quippe, in Eccleſiæ caſtris merere, ariſque, ac templis nouus Samuel ſubſeruire.

Idcirco in id impensè ſtuduit, vt norma eſſet morum, atque vt

hone-

Digitized by Google

honeſtas, ſeù pudicitia, inter virtutes alias, quæ ſupra ætatem in ipſo eſſe videbantur, quaſi gemma interluceret, pulchrior vel ideo, quia in pulchro corpore, vultuque ingenuo, & liberali erat. Atque his præſidijs tutatus vigorem iuuentutis, obtinuit facilè, vt neque marceſceret otio, neque pollueretur cœno voluptatum; potuitq; flos illibatus dicari Superis, ac Deo, togam aſſumens, cum charactere, atque inſignibus Cleri.

Sacerdotium autem indeptus, ad Sancti Antonini Martyris, ac Diui tutelaris; in Odeo, ac ſacris eius ſubſellijs, intererat tam frequens, & aſsiduus; vt collegas omnes ſuperaret: Neque ibi vnquam fuit harmonia modulatior, quàm quæ immolabatur Numini, dum pro aris quotidie, ſimul Theobaldi vox, ſimul eius innocentia, concinerent numeroſè, ac pſalmodiæ operam darent.

Adſcitur in familiam Cardinalis Epiſcopi Pręneſtini, & fit Leodij Archidiaconus. Cap. II.

COGI, arctarique Patriæ anguſtis finibus nō debuit, tam fragrans ardor morum lectiſsimorum, ſed ſui diffuſione Prouincias alias, Vrbeſque, ac Romam præſertim; vndè in alia regimen, peruadere. Quocirca Theobaldus Vicecomes, adlectus in familiam eſt Iacobi Pecorarij, Nobilis Placentini, atque ex Antiſtite Monaſterij Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij Romæ ad Aquas Saluias, Cardinalis Epiſcopi Præneſtini.

Is legationibus alijs perfunctus: nempè tum fecialis pacis inter Inſubriæ populos, & Federicum Cæſarem; tum in Pannonia, vt inquireret, ac referret de moribus ſanctiſsimis Beati Lucæ Archiepiſcopi Strigonienſis, quò in Diuos trāſcriberetur; tum in Ethruria, vt inuicem pacaret Florentinos, ac Senenſes; demum nouam eamque difficillimam ſuſceperat legationem ad Gallos, & Germanos: vt quia diù exaſperatis animis, armiſque infeſtis, exagitabat Federicus Cæſar Eccleſiam Romanam, earum regionum Principes, ac Præſules adiret; quo ij opitularentur, ac vim reprimerent infenſiſsimi Imperatoris.

Et quia tum maximè Guelphorum, & Gibellinorum funeſta nomina, Italiæ opes euertebant, diſtractis in factiones diras, & cruentas primarijs Inſubriæ, atque Hetruriæ Ciuitatibus, ita vt eſſet calamitas

Digitized by Google

lamitas miſeranda: ciues ipſos, patriæ abolita charitate, conficere ſe mutuis cladibus, & ſæpenumero nec generi parcere, aut reuereri ſanctiora iura etiam conſanguinitatis. Iſthæc odia etiam extinguere adnitebatur Legatus; dum pertranſiret: & Placentiæ ideo eſt immoratus, vt patriam potiſſimùm perſanaret, ægram vehementer ijs inteſtinis ſimultatibus; & tum, ex occaſione officiorum, Theobaldi agnouit, atque adamauit indolem, & mores.

Tametſi autem haud excederet annorum luſtra quinque ætas eius, maturitas animo inerat, & grauitas, quæ vtique ſuppleret ętatem: itaque idoneum eum ratus eſt, qui œconomiam Familiæ adminiſtraret; atque itineris ſuſcepti prouidentiam haberet.

Tanti Præſulis domus, haud otij gymnaſium erat; vel ſedes obnoxia hominibus politis, ſed ignauis; in quam labem inertem, frequenter cœtus degenerant Aulicorum. Id cęteroqui probè intelligens Theobaldus, vt ſumma fide, ita cura excogitatiſsima intentus muneri ſuo, facilè ſibi omnium promeruit animos, quia omnium expleuit vota: neque Legato crebrius acroama in itinere, ſeu ſublatis menſis, ſeù quoties liceret colloqui, ab honorarijs aſſeclis eius occinebatur: quàm quod ex Theobaldi Oeconomi laudibus peteretur.

Sed enim erat eius poſtrema commendatio; nihil deeſſe, omnia ſuppetere, quæ forent vſui quotidie, in profectione tam ardua, Hero; & cunctis ſollicitudine adempta. Commemorabantur inprimis Pietas, Religio, cultuſque diues virtutum maximarum; quæ eius nitidam animam exornabant, cumulabantque.

Erat porrò illius par admiratio apud exteros, quorum Vrbes obibat Legatus; nec audiebantur querimoniæ frequētiores, quàm Theobaldo differri honores, ac dignitates. Alpibus ſuperatis, in Gallia, Belgioque verſabatur Legatus, hærebatque Auguſtæ Eburonum; cum fortè vnus ex Aedis primariæ Archidiaconis ibi deceſsit. Tum verò qui aderant, e Lugdunenſi Clero Canonici, ad negotia illuc profecti, auctores Legato fuerunt, vt Archidiaconum crearet Theobaldum Vicecomitem; ſiquidem cuperet virtutem ipſam honore conſentaneo munerari: tanta inſederat eis etiam de viro egregio exiſtimatio.

Leodium, priſca Eburonum ſedes, quæ Moſa nobili amne interluitur, vti eſt retinentiſsima Orthodoxæ Religionis, redundat opulentis Sacerdotijs: ideoque nuncupatur à quibuſdam *Paradiſus Cleri*. Nimirum præter Collegia ſecundaria ſeptem, in quorum ſingulis accenſeas Canonicos tricenos, eſt Primarius Cleri Se-

natus,

natûs, in quo ſunt conſcripti Canonici ſexaginta, & hi aliquando fuerunt omnes aut Regum, aut Dynaſtarum liberi.

Certè Innocentius Secundus, quo tempore ibi cum Diuo Bernardo fuit, reperit in eius templi ſubſellijs, binos Cæſaris filios, ſeptenos Regum, quaterdenos Ducum; Comitum tricenos, & rurſus ſeptenos Baronum, quos appellant: qui cum inſignibus ſuis linteati, enimuero regale Sacerdotium erant, ac Sancti Lamberti Odeũ implebant, duplici generis, atque Ordinis Maieſtate.

Ex eo numero quidam etiam præcellunt dignitate: & peculiariter ſepteni ſunt Archidiaconi, quaſi oculis totidem Antiſtes Eburonum proſpiciat Gregi, è ſpecula domus Dei. Ex his verò vnus renunciatus à Cardinali Epiſcopo Præneſtino Legato eſt Theobaldus Vicecomes; & ſtatim ſplenduit quaſi Sol in eo numero ſyderum, tam probitate, quam doctrina, rerumque vſu; atque acclamatus eſt muneri par, cum omnium admurmuratione ſecundiſsima.

Sed Legatus illo carere tamen non potuit: neque enim erat dumtaxat moderator Familię, ſed ipſius veluti vox, vt Eccleſiarũ pręſules quoſque Germaniæ, Galliæque induceret ad infringendos nefarios conatus Imperatoris Federici; ac potiſsimum vt ſuaderet eiſdem Italicum iter; quo Oecumenicus cõuentus Romæ initi poſſet, à Gregorio IX. indictus in Baſilica Lateranenſi, exauctorandi cauſa violentum, ac dirum Principem.

Igitur proſecuti ambo legationem ſunt, rebuſque Numine propitio è ſententia diſpoſitis, deliberata in Italiam reuerſio iam erat; cum Theobaldus Archidiaconus cœpit morbo tentari; ex quo hęrere interim in Gallia eum oportuit. Animæ dimidium ſuæ à ſe auelli, vehementiſsimè indoluit Legatus: ſed ille interim ex arcana Numinis deſtinatione, ideo eſt in Gallijs moratus, vt ægritudine depulſa, in Vrbem redux Legatum ipſum aſſereret in libertatem.

CAPI

Conualeſcit ex morbo, & procurat Romę captiui Heri ſui liberationem. Cap. III.

DVM oblangueſceret in Gallia Theobaldus Archidiaconus, viciſsitudines magnæ afflixerunt Eccleſiam Romanam, nimirum Cardinalis Epiſcopus Prænestinus, ſatis gnarus, intuta itinera terreſtria eſſe, inſeſſis vijs à milite, tum Imperatoris Federici, tum Gibellinorum ſociorum eius; mari Genuam, caput Liguriæ venerat, & inde ſoluerat cum altero Cardinali Legato, reduce perindè ex Britaniæ Regno.

Dum autem Romam ambo velificarentur, Genua digreſsi cum inſtructa claſſe, quæ vnà Epiſcopos ſatis multos, ad Synodum conuehebat, ad inſulam Lilij, quam vocant, in eo maris ſinu, quod interfuſum eſt, inter Hetruriam, & Corſicam, Entius Rex Sardiniæ, Federici Cæſaris nothus, occurrit eis, cum Piſanorum Claſſe; & commiſſo prælio, claſſem Legatorum expugnauit, ſuique iuris fecit. Captę triremes duæ, ac vicenæ; atque in eis facilè bismilleni, cum vniuerſo viatorio apparatu, ductique omnes ad Federicum in Apuliam.

Qui eo ſucceſſu lætus, Epiſcopos quidem exterarum Prouinciarum reuerti ad ſedes ſuas permiſit, vt Regibus eorum gratificaretur. At Cardinales Legatos quibus reuerentia maior tamen debebatur, arctè iuſſit in Melphitana Vrbe cuſtodiri; hoſtes ratus, quos in Synodo iudices formidabat, deliberaturos de ſui ipſius abdicatione.

Ad eos Gregorius IX. conſolatorias dedit; & Piſanos diris deuouens, inſuper Epiſcopi honore illos priuauit; nec ipſe diù ſuperſtes fuit, contriſtatus ob ea tam improſpera, quæ obuenerant Eccleſiæ Romanæ.

Gregorio IX. ſuffectus eſt Celeſtinus IV. ex prænobili Familia Caſtileoneorum; ſed breui è viuis exceſsit, ingenti deſiderio ſui relicto: neque enim vltra dies ſeptem, ac denos ad clauum Eccleſiæ aſſedit. Exin comitia producta ſunt in longiſsimum diem: annuſque, ac menſes octo, & dies quindecim euoluti ſunt, priuſquam Cæleſtino ſucceſſor daretur.

Cauſa moręe tam diuturnæ fuit Cardinalium petitio, vt Legatis captiuis reſtitueretur libertas a Federico: ſecus nunquam fore, vt nouus Pontifex eligeretur.

Digitized by Google

Nimirum ex Apulia quidem eos Imperator antea dimiſerat, ſed obligata prius fide, vt ſtatim ab exactis comitijs in poteſtatem eius redirent; & reipſa ex præſcripto eius Tibur conceſſerunt, denuo amiſſa libertate.

Theobaldus Archidiaconus, ex morbo incolumis, & in Vrbem redux, id vnicè ſuaſerat Sacro Cardinaliũ Senatui; exponens quantum præſidij haurire comitia poſſent, ex præſentia, atque ſuffragio Cardinalis Epiſcopi Præneſtini: cuius erat ea præſtantia; vt abeuntem ex Apulia ipſe Federicus ſtuduerit demereri; veritus ne illi honor ſupremus deferretur; rogauitque, mutuo in ſe animo eſſet, excuſata carceris neceſſitate.

Tum ipſe, ſi deinceps bonus Princeps audieris, inquit, experiere officiorũ viciſsitudinem, omnemque beneuolentiæ modum: ſin autem perges contra ſtimulum calcitrare, te manent Dei flagella, & iuxta Eccleſiæ ſeueritas.

Cæſar nihilominus, excuſſis conſcientiæ habenis, damna quotidie maiora inferre Pontificiæ ditioni, agrum Picenum prædari; infeſtis armis in Flaminiam procurrere. Ac tum Bononiam vi occupauit, Academiam eius, cui ſemper fuerat infenſus, Patauium transferens; vti ſemper mali Principes Doctorum virorum cenſuras oderunt.

Ergo quia Cardinalibus ea ſuberat deliberatio, quam fouebat, & confirmabat Theobaldus Archidiaconus, Heri ſui liberationem vel ideo expoſtulans, quod diſſidia componere poſſe vnus ipſe exiſtimaretur, expugnanda Cæſaris feritas de integro fuit.

Miſsi proindè, qui nunciarent; niſi Legatis ignominia ergaſtuli eximeretur, nunquam habitura exitum comitia, ac fore Cæſari adſcribendum, cùm inſigni probro, in omnes ætates conſequentes, monſtrum illud Eccleſiæ dudum abſciſſæ, ac ſine ſuo aſpectabili capite; quod in terris eſt Vicarius Chriſti, Romanus Pontifex, & quod imponere, iungereque corpori Eccleſiæ Cardinales, quandiù aberant Legati, qui nimirum, & poterant eligi, & debebant vna eligere, omninò recuſabant.

Interceſſiſse aiunt etiam Balduinum, Bizantij, vltimum ex Latinis Cæſarem, ac propterea Federicum Parmæ in Inſubria conueniſſe; quocirca eius immanitas demum remiſit, & poſtulatis annuit, reuerſique ſunt cum omnium bonorum plauſu ad Collegas Legati.

Ceterum quia nimirùm Vrbi erat propinqua Federici hoſtis potentia, obnoxijs ei Tibure, ac finitimis alijs oppidis, Anagniæ comi-

comitia ſunt celebrata; & mira ſuffragiorum conſenſione ibi electus eſt Romanus Pontifex Sinibaldus Fliſcus, Nobilis Ligur, & vir omni humano, diuinoque iure cultiſsimus, qui ob eam eruditionem eximiam, *Pater iuris* appellabatur.

Is autem fuit Innocentius IV. qui purpureum galerum Patribus Auguſtis, in Lugdunenſi Concilio primus conſecrauit, vt eo coloris inuitamento etiam, eſſet alacritas ad profundendum ſanguinē, pro Eccleſiæ Romanæ defenſione; ſiquidem inpoſterum quoque Federicus ſanguinem Eccleſiæ ſitiret.

Quod in rem præſentem facit, reſtituto Vrbi, atque vſibus publicis Cardinali Epiſcopo Præneſtino, exhilaratus inprimis eſt Theobaldus Archidiaconus, qui & jlli denuo adhæſit, quandiù ſuperſtes fuit. Obijt vero Præſes Romanæ Ciuitatis, peregrè in Gallias eunte Innocentio IV. vir ſummis, infimiſque venerandus, & qui propterea elatus eſt publica omnium comploratione, cum inſtarent feriæ Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui ſunt Romanæ Vrbis Patroni, ac Diui Tutelares.

Epiſcopatum Patriæ recuſat, & rurſus in Gallias proficiſcitur. Cap. IV.

STATIM ab obitu Cardinalis Epiſcopi Præneſtini, expetitus à Cardinalibus plurimis eſt Theobaldus Archidiaconus, ſocius, & collega verius, quàm aſſecla, ſeù famulus; etenim præſtabat maximè prudentia, & rerum vſu, eratque indoles ei, morumque vis, nata promerendis animis eorum, quibus cum vitæ conſuetudinem colebat.

Sed ille conſtanter abnuere deliberata profectione in Gallias, partim vt Auguſtæ Eburonum, Archidiaconi obiret munia; partim vt Lutetiæ Pariſiorum imbueretur ſacris Theologiæ diſciplinis: quò ita poſſet maiore cum dignitate inpoſterum de ſuggeſtu Eccleſiaſten agere, atque ad expeditionem ſacram, aduerſus hoſtes Chriſtiani nominis in Syria, Chriſtianos populos adhortari. Nam hæc ipſi conſilia, hi conatus cordi ſemper fuerant, ex quo Sanctæ regionis miſerandum ſtatum inaudierat, creſcente in dies ex æquo perfidia, & potentia Saracenorum.

Alioquin haud ei honores ſubtraxerat Roma: etenim Innocen-

Digitized by Google

centius Quartus ei obtulerat vltro Epiſcopatum Placentiæ, quo ſub eos dies virum haud ſatis dignum exuerat: nec poterant melius, quàm in Ciue tam egregio Patriæ inſulæ collocari.

Sed nunquam induxit animum Theobaldus, vt Pontifici conſenſum daret, partim religione, ac metu periculoſi oneris, nempe procurationis animarum, cui ferendo ſe imparem rebatur: partim etiam, ne qui operam dederat, vt Pontifex alterum ſtudio boni publici exauctoraret, ſiniſtræ interpretationi Aulicorum, quaſi pro ſe ambiuiſſet, obnoxius fieret, eorumque ſuſurris traduceretur.

Itaque compos meriti ſimul, bonæque famæ, abſceſſit Theobaldus Archidiaconus ex Vrbe, atque ex Italia; & Lugdunum perueniens, Philippum electum ibi Archipræſulem, Comitis Sabaudiæ germanum fratrem adiuit, vt virum quocum inerat ei amicitiæ neceſſitudo, de via officioſè inuiſeret, ſalutaretque. Fuit verò tam gratus hoſpes, quaſi aduenIſſet de cælo, ex deſtinatione Numinis.

Nempè Innocentius IV. deſperata Oecumenica Synodo in Laterani ſubſellijs; quandoquidem Federicus Cæſar intercluſerat itinera omnia; crediderat Lugduni eam poſſe cogi.

Idcirco etſi ante Pontificatum potuerat in tam iniquo Principe aliquid amare; officiaque mutua in ſpem frugis cum eo coluerat; certior factus inſidiarum eius, diſſimulato veſtium ſchemate, cum aliquot Cardinalibus Sutrium, ac dein, Centum cellas, profugerat clanculum; ibique exceptus claſſe Genuenſium à Liguriæ Præfecto Philippo Vicecomite, patritio Placentino, Theobaldi Archidiaconi conſanguineo, eluſerat dolos, ac nefarios eius conatus. Et quia Philippo Antiſtiti Lugdunenſi prouidentiam diſponendi conuentus demandauerat; is curam eam vniuerſam Theobaldo tranſcripſit, quaſi oeconomo diuinitus miſſo, ac perrogauit impensè, vt apud ſe ideò Lugduni hæreret.

Morem gerere oportuit Præſuli tantæ dignationis: nec fuit facile, ac pronum; Pontifici Maximo, Cardinalibus centenis, ac centenis Epiſcopis, atque adeo millenis Patribus hoſpitia parare, conquirere annonam, dareque operam, vt cuncta ſuppeterent pro dignitate: ſicut re ipſa præſtitit Theobaldus: nec ita multò poſt adfuit Innocentius Pontifex cum Synodo; Regeſque duo Galliæ, atque Britanniæ, ac Balduinus Imperator; ac tum exutus inſignibus Imperij deque Piorum cætu expunctus, fera, ſed iuſta, Eccleſiæ ſeueritate, demum fuit Federicus

B Cæ-

Digitized by Google

Cæſar. Theobaldus interim obſecutus Philippo Antiſtiti, ad Eburones ſuos tandem profectus eſt, ibique mores populi excolere; aſſerere diſciplinam Cleri, quà ſalubertimis monitis, quà exemplis optimis, Dei cultum,& obſequium promouere.

Certè coſtans,& iugis fuit recordatio eorum, quæ Theobaldus Archidiaconus Leodij cum laude geſſit: ſed quia vnum agere magis à cura meditabatur, hoc eſt, Orator Chriſtianus, inſtructus ſacratioribus inſtitutis euadere optabat; atque apud populos legatione pro Deo fungi; ideo Luteriam Pariſiorum contendit.

Porrò illic, in florentiſſimi Regni Athenis, reperit duo maxima Italiæ lumina, Sãctum Bonauenturam, ac Diuum Thomam Aquinatem, qui ambo de Sapientiæ cæleſtis Cathedra, ibi oracula enunciabant. Nec magis genius nationis propriæ, quàm probitas, pietaſque, ac mores ſimillimi animos ipſorum inuicem conciliarunt. Et ſanè incredibile dictu eſt, quantum interſuerit boni communis; ibi hanc ipſorum fieri, quaſi ſalutarium ſiderum coniunctionem; ex qua nimirum viſa eſt oboriri tempore ſuo, fauſtitas Orbis terrarum. Hæc enim potiſſimum conſuetudo aditus Theobaldo fuit ad Pontificatum.

Sed inſuper adamauit eum Sanctus Ludouicus Rex: neque modò fuit frequens illius auditor, dum de ſuggeſtu peroraret, incitaretque ad ſtipendia belli ſacri: verum in maximè familiarem vſum, ſuauiſſimaque alloquia, eum inuitauit frequentiſſimè: erantque ideo crebri in Aula ſermones; tam impenſe affici Regem maximum erga exterum hominem, nec alioquin ſummæ dignitatis. Sed enim nouerat animum, nouerat ſpiritum eius Sanctus Ludouicus, futuramque ſanctimoniam pariter, ac muneris ſupremi maieſtatem, iam tum in eo venerabatur.

Ro.

Romam ex Galliis vocatur, & in Britanniam mittitur.

Cap. V.

IN Gallijs feliciſſimè omnia fluere Theobaldo Archidiacono videbantur: nam Lutetiæ Pariſiorum quidem, conſortio amicitiaque fruebatur virorum, in quibus vota explere omnia mens eius poterat, quia ſanctiſſimi, & cultiſſimi erant quouis genere virtutum. In diuinæ Sapientiæ verò exedris, etſi primis annis fuerat candidatus, & tyro, poſtmodum euaſerat Antiſtes, & Præſes; hoc eſt dignißimus collega Diui Thomæ Aquinatis, ac Sancti Bonauenturæ.

Ad hæc, tum in ea Regia Vrbe, tum alibi Eccleſiaſten agebat, ac pro bello ſacro in sãctiſſimam Palæſtinæ regionem claſſicum canebat. Fit mihi etiam veroſimile, ipſum identidem regredi ad Eburones ſuos conſueuiſſe, ſeù cum feriæ in Lycæo erant, ſeu exacto ſtudiorum curriculo, & ibi pro ratione ſui muneris adlaboraſſe, in Domini agro repurgando, atque in reducenda cultura morum, iuxta normam ſacrorum canonum, ac iuxta Eccleſiæ ſeueriorem, ac ſanctiorem diſciplinam,

Obierat interea Romæ diem vitæ poſtremum, Innocentius IV. atque in comitijs ſucceſſorem habuerat Clementem IV. quoniam ab epiſtolis fuerat Sancti Ludouici Regis, priuſquam in Cardinalium Senatum conſcriberetur, penitus perſpectam habebat Theobaldi Archidiaconi virtutem, ac præſtantiam: nam Lugduni primum in apparatu Concilij, ac dein Lutetiæ Pariſiorum, eum diù tractauerat. Romam ideo eum accerſiuit, vt quia Ottobonum Fliſcum, tituli Sancti Adriani, Diaconum Cardinalem, Legatum in Britanniam deſtinauerat, eum ſocium, atque adiutorem illi adiungeret, in ſpem rei bene gerendæ.

Erat in eo Regno ſtatus Reipublicæ magnopere perturbatus: etenim Simon Comes Monfortius, ex Gallia proſcriptus, vti reus intentatæ proditionis, etſi Britanniam hoſpes verius, quàm exul intrauerat, ibi etiam noua moliri ſtatim cœperat, vaſtæque, ac profundæ vir ambitionis, aliquandiù occultis conſilijs, demum aperta vi Regnum inuaſerat.

 Quod

Digitized by Google

Quod verò erat deteſtabilius, beneficia Henrici Regis in ſe collata, verterat in illius, ac totius Regni perniciem; factuſque ex profugo, atque extorre domeſticus, & affinis; quia ſororem Henrici, coniugem obtinuerat, ſeſe inſinuauerat clanculum in amicitiam Antiſtitũ quorundam, & procerum, quos propenſiores rebatur ad defectionem, atque perfidiam; & exercitu comparato Regem vicerat, atque adeo carceri mancipauerat.

Quoniam autem periculum ſuberat, ne aliquid detrimenti pateretur Orthodoxa ibi Religio (quemadmodum ſæpe contingit in Regum mutatione violenta, aut in euerſione Regnorum) neue ſchiſma oborireтur in Eccleſia Romana; deliberauit Clemens Pontifex Legatum illuc tranſmittere, virum quidem ſuopte ingenio, rerumque peritia tanto muneri parem; ſed cui tamen præſidio ſimul, atque ornamento eſſe poſſet Theobaldus Archidiaconus, tantum ei purpura impar.

Et is proinde reuertit quantocius in Italiam, atque in vrbem Romam, etſi meditabatur peregrinationem ad ſacra Palæſtinæ Loca, vt ibi Chriſtianos cruce ſignatos coram etiam adhortaretur. Ergo migrant ambo in inſulam Oceani maximam, ſeù inſulam Europæ Reginam, ſed quæ agitabatur pluſquam maritimis fluctibus, ex tumida, violentaque ambitione Comitis Monfortij.

Hunc tamen haud ita multo poſt, exitus conſentaneus malæ cauſæ demum oppreſſit: nam Odoardus Henrici Regis primogenitus, delectu habito, & fidos quoſque extimulans, ad Regis, & Regni liberationem, cum Comite ſigna contulit, fortiſſimèque dimicans ipſum in prælio vna cum liberis aliquot peremit. Reſtituta igitur Regi libertas eſt, ac Regno ſecuritas licuitque Cardinali Legato pariter, atque Archidiacono Theobaldo reducere in gratiam Henrici eos, qui deſciuerant, ordinare omnia: & inprimis de integro ſtabilire inclinatam, & nutantem propemodum religionem.

Vterque prudentia erat ſingulari, & præſtabili dexteritate: ſicut vterque poſtea euaſit Pontifex Maximus, Legatus quidem Adrianus IV. Archidiaconus vero Gregorius X. quamquam hunc prælegit Deus; etſi minimè illi ſupparem dignitate; vt magna ideo potuerint moliri, pro eius Regni tranquillitate.

Peculiariter Theobaldus Odoardo ſtrenuo Principi, belliſque artibus inclyto Duci auctor fuit, vt de tranſuehendo exercitu in Syriam deliberaret, quò ibi erigeret afflictas Chriſtia-

no-

norum opes: & reipſa ibidem, vti paulo poſt referam pro Regionis Sanctæ liberatione Odoardus quidem Marte, ac plenis caſtris, Theobaldus vero *gladio ſpiritus*, *quod eſt verbum Dei* ſtrenue ſimul depugnauerunt.

In Italiam redux Brunduſium abit, atque in Syriam inde ſoluit.

Cap. VI.

NOTABILI planè prouidentię Numinis adſcribendum videtur, quòd vel in ipſo Romanæ Hierarchiæ interregno, vltra biennium ab obitu Clementis IV. Pontificis, etſi deerat, vox virtutis, quę ad bellum ſacrum exciret ex Petri Cathedra: nihilominus Reges maximi decreuerunt aduerſus Saracenos bellicam expeditionem. Id egerunt Ludouicus IX. Rex Galliarum, Carolus Rex Siciliæ eius frater Germanus; atque Odoardus Henrici Britanniæ Regis primogenitus.

Vt vero rem ex conſilio gererent, rati fruſtra ſe Palæſtinam adoriri, niſi Africa prædomita, ex qua ſciebant claſſes in damna Italiæ proruere ſtatim, maritimamque Siciliæ oram depopulari, quoties traijcerent in Syriam agmina Principum Chriſtianorum; operæ pretium duxerunt vniuerſam belli ſummam ita partiri.

Nempè in Palæſtinam recta Odoardus nauigaret, cum exercitu, in quo erant dena peditum millia, & quinque millia equitum: ex Gallia Ludouicus Rex: atque Sicilia Rex Carolus Afros ipſos inuaderent, mox perinde in Syriam ambo ituri, ſi compotes victoriæ forent.

Nec mora fuit: nam Ludouicus Rex in Africam tranſmiſit cum ingenti claſſe quadraginta millium bellatorum, erantque in eo delectu proceres multi, & flos Regni, cunctique charactere Crucis conſpicui, quo vnà cum Rege ritè fuerant inſigniti,

Quoniam vero idem Rex ad hocce tam pium prælium fuerat aliquoties incenſus, Luteriæ Pariſiorum publicis concionibus,

&

Digitized by Google

& alloquijs priuatis Theobaldi Archidiaconi, eum ex Britannia inuitauerat: & is reuerſus in Italiam magnis itineribus, Brundiſium venerat, prima nauigij opportunitate velificaturus inde in Africam, & futurus laborum eius peræquè conſors, ac meritorum.

Sed enim dum ibi nauigationis tempus opperitur, ecce tibi annunciantur funera Ludouici Sanctiſſimi Regis, extincti lue, quæ in caſtris graſſabatur, dum arctè Carthaginem obſideret: Tantam vero iacturam optimi, & Auguſtiſſimi Regis, cui amorem, venerationemque, & omnia ſumma profitebatur, indoluit vehementiſsimè Theobaldus Archidiaconus: & quamquam ſimul inaudierat, Regem Carolum tempeſtiuè illuc cum ſua claſſe appulſum, de Afris victorem fuiſſe: attamen voti ſui priſtini memor, ſtatuit in Palæſtinam ire, vrbemque Hieroſolymorum, & illius ſacra monumenta venerari.

Ptolemaidem tutabatur Odoardus, Britanniæ Regis filius, cũ Beatrice Sorore, Aremoricorum Principe; itaque illos adijt ſuoque aduentu ambos ſupra modum exhilarauit: Sed enim dum ibi labentes animos confirmat, inertes extimulat diſſidia componit, & cunctos adhortatur ad communem cauſam, conſenſione armorum pariter, atque animorum promouendam; acerbus caſus jnterea obuenit, Odoardo Principe tribus vulneribus conſauciato, Arſacidis ſicarij manu, qui tamen domeſticus eius erat. vt inſidijs patuit ſemper latus eorum; quos magnæ fortunæ conditio eximit à ſecuritate priuatæ familiæ; vbi amor limen cuſtodit, & vnde aulæ monſtra, nempe inuidia, cupiditas, ambitio faceſſunt.

Immo eum confeciſſet Arſacides, niſi ſtrepitu exciti famuli momento intraſſent, ac ſtatim vlti facinus parricidam interemiſſent.

Odoardo aſſedit ſemper, dum oblangueſceret, Theobaldus, eique, ac Beatrici Sorori Chriſtiana conſilia ſuggeſſit, ſolatiaque ab ipſo directa Numina, vt infortunium ad animæ frugem eſſet. Conualuit ille, ſuiſque copijs obſtitit Babyloniæ tyranno, ſucceſſu armorum, ac prædis famoſo; qui vti omnem latè regionem vltra mare partim vi, & partim deditione obtinuerat, fuiſſet poſitus perinde Ptolemaide, niſi eam Vrbem preſentia ſua tegere Odoardus Princeps, vnaque Theobaldus Archidiaconus ſtuduiſſent.

Digitized by Google

Abſens eligitur Romanus Pontifex. Cap. VII.

LVGEBAT iam annos duos, & menſes amplius nouem, Eccleſia Romana, ſuam orbitatem; cum demum Clementi IV. ſucceſſor eſt datus. Fortaſſe non aberrauerint à veritate, qui ſcripſerunt, ideo Auguſtos Patres, tandiù trahere comitia debuiſſe; quia Clementi par nemo erat in eorum Senatu; cum is fuerit ſanctimonia, dono vaticinandi, & miraculis clarus; & ſingulariter moderatione erga agnatos, parſimoniaque, longe ſuperauerit anteceſſores ſuos.

Nempe filias duas, quas iuſti thori lege ſuſceperat ante ſacerdotium, inſeneſcere voluit in priſtino humili gradu; & vni earum tantum libras triginta monetæ Turonēſis, dedit pro dote, vt Parthenium cœnobium intraret, alteri iam nuptæ libras trecentas, ſed ea conditione, ne plus deinceps, aut peteret, aut ſperaret.

Ad hæc fratris filio imminuit, non auxit Eccleſiaſticos prouentus; nam quia ſacerdotia duo, ſeu Canonicatus, quos appellant, antea obtinuerat, admonitus eſt, alterum dimitteret, optione permiſſa duntaxat, vt alterutrum eligeret. Quæ aurea ſplendidæ paupertatis exempla, dolendum eſt in principatu Eccleſiæ, ſimul ſemper laudari, ſimul ſemper deſiderari.

Sed enim etſi veroſimilis eſt, vt dixi, cauſa hæc moræ tam diuturnæ, ex alio capite Cardinales, haud erant tam ægro Senatu, vt idoneos aliquos non haberent, quos eueherent ad Pontificatum. Pauci quidem numero erant hoc eſt ſolùm ſeptem, ac deni, ſed ex quibus poſtmodum quatuor fuerunt Summi Pontifices Adrianus V. Nicolaus III. Martinus IV. & Honorius perinde IV.

Itaque vel horum paria merita, & quæ haud magnopere inuicem excederent, vel Cardinalium Nationes duæ ambæ potentes, Gallorum, atque Italorum, diſtrahere comitia potuerint; cum ſepteni eſſent Galli, & Itali alij; atque ex his Romani quinque: omnes verò generi ſuo certatim ſupremi Sacerdotij honorem præoptarent.

Obierat alioquin Federicus Cæſar, nec externa vis vlla erat,

quæ

quæ comitijs officeret. Reges alij, & Principes deprecabantur potius damnoſam eam tarditatem;& reipſa Philippus Rex Galliæ,ac Patruus eius Carolus,Rex Siciliæ,tunc ex Africa reduces, vna cum ſacris exuuijs Sancti Ludouici, exſcenſione facta ad Centumcellas, Viterbium ad Cardinales venerunt, ac perrogarunt,vt viduæ dudum Eccleſiæ ſponſum tandem inuenirent.

Tanta duorum Regum auctoritas,& præſertim Sancti Ludouici augusta vis, ac maieſtas,quæ mortuo quoque inerat, & adhuc Eccleſiæ patrocinabatur, induxit, opinor, Cardinales,vt ſiquidem ſatis conuenire omnes, vniuerſa ſuffragatione haud poterant, miſſis in compendium comitijs conſtituerent ſaltem aliquos, qui ferrent ſuffragia, & Pontificem crearent.

Ergo Cardinales ſex electionis futuræ,arbitri fuerunt,nempè Simon Paltinerius Patauinus, Tituli Sancti Martini. Presbyter Cardinalis.

Guido, Patria Burgundus, Tituli Sancti Laurentij in Lucina, Presbyter Cardinalis.

Riccardus Hannibaldenſis de Molaria Romanus, Tituli Sancti Angeli, Diaconus Cardinalis.

Ottauianus Vbaldinus Florentinus, Tituli Sanctæ Mariæ in via lata, Diaconus Cardinalis.

Ioannes Caietanus Vrſinus Romanus, Tituli Sancti Nicolai in carcere Tulliano, Diaconus Cardinalis.

Ex quibus hic poſtremus fuit ipſe etiam Romanus Pontifex nimirum Nicolaus III.

His poteſtas erat,vt aut quini vnum,ex hoc minore Cardinalium cœtu,aut quemlibet ex vniuerſo Senatu,totaue etiam Eccleſia ſeni eligerent. Conſilia conferunt, ſuffragiaque miſcent aliquoties,ſed ſine ſucceſſu. Ergo Sancti Bonauenturæ, qui Ordinis Sancti Franciſci erat Antiſtes Generalis, iudicium, & ſententiam explorant: iſque ſolam intuens virtutem, circumſcriptam à phaleris quibuſuis,ſeu dignitatum, ſeù magnæ fortunæ, quæ oculis ſæpenumero faſcinum obtrudunt, deſignauit Pontificem Theobaldum Vicecomitem, Archidiaconum Auguſtæ Eburonum,& virum,qui de Italia, de Gallia, de Germania perquam optimè meritus; Aſiæ tunc proderat, agens in Palæſtina; quaſi anguſta eſſet Europa illius beneficæ charitati.

Sex viri Cardinales, comitiorum arbitri,conſenſere ſtatim,& Theobaldum, cuius aut audierant famam, aut fuerant experti præſtantiam, Pontificem renunciarunt. Secuta eſt omnium ordinum

dinum

Digitized by Google

dinnm gratulatio, præcipuèque duorum Regum, Philippi, & Caroli, qui in ſua mox regna voti compotes remigrarunt. Eam vero electionem Ioannes Epiſcopus Cardinalis Portuenſis hoc diſtico ita deſcripſit.

Papatus munus tulit Archidiaconus vnus,
Quem Patrem Patrum fecit diſcordia fratrum.

Ex Palæſtina redit Pontifex, ac Romæ inauguratur.

Cap. VIII.

IPSO Sancti Aegidij feſto die, hoc eſt Calendis Septembris anno Milleſimo, ducenteſimo ſeptuageſimo primo, electus Pontifex fuerat Theobaldus Vicecomes. Cardinales decretum electionis per nuncios in Syriam deſtinarunt, qui feſtinatis terra, marique itineribus, tandem ibi Theobaldo adgeniculati ſunt: & non ita Sol oriens illam auroræ regionem vnquam illuſtrauerat, ſicut offulſit, atque exhilarauit omnes iubar thiaræ Pontificiæ, impoſitum viro, ſi ſpectes ingentia eius merita, ter maximo, ac ter digno.

Mirum porrò videatur illic, in tanto locorum interuallo à ſede ipſa comitiorum, veluti ex præſagitione, rumorem fuiſſe, Theobaldum Archidiaconum fore Romanum Pontificem: vti populus non ſemper errat, ſed interdum vnà cum Deo eligit; tantum illic opinionem ei conciliauerant mores religioſiſſimi, pietas ſine exemplo, & iugis boni publici procuratio.

Odoardus Princeps, cum Beatrice ſorore, interfuit annunciatis gaudijs; dum vndique caſtra Chriſtianorum circumſonarent tubis, lituiſque, & clamore militari iucundiſſimo; nocte autem lychnis accenſis atria, & tecta omnia collucerent. Vnus Theobaldus ſecum animo mœrens, peruoluebat; ſibi iam imponi onus, etiam humeris cœleſtibus formidandum; & profectò tum ab animi demiſſione, tum à metu periculi, confeſtim illud recuſaſſet; niſi duxiſſet religioni, ſi adhuc magis protraheret Eccleſiæ, quæ tandiu ſponſo caruerat, viduitatem.

Igitur adnitentibus etiam Principibus Odoardo, ac Beatrice, dedit conſenſum; ac Numini iubenti obſequens, etſi Bruma

erat, maturauit ſuæ profectionis diem: abeuntem affectis nauigijs, & omni commeatu Odoardus iuuit regia munificentia, & Theobaldus in digreſſu conſolaturus alloquio beneuolo pias eas legiones Cruce inſignes, exorſus eſt à verbis illis. *Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non propoſuero te in principio lætitiæ meæ.* Cum vero eos repleuiſſet ingenti ſpe auxiliarium copiarum, exercitui bene precatus, ac viciſſim conſalutatus, pronis vexillis, fauſtiſſimaque acclamatione, tandem abiuit.

Pſalm. 139.

Soluit quidem tempore anni maximè alieno, ſed auris propitijs vſus, dono illius eſt, cui venti, & mare obediunt, Creticum mare ſuperauit feliciſſimè, ac ſoſpes tenuit Brunduſij portum, Calendis Ianuarij: atque inde Sipontum venit. Tam effuſa hilaritate Italia nuuquam excepit Solem, & diem, præſertim vt auſpicaretur nouum annum: littora erant ciuibus referta, omneſque auebant intueri, exeuntem ex Prætoria naui eum, qui poſt diuturnum adeo interregnum accerſebatur, vt Petri nauiculam gubernaret. Cuncti verò mixto plauſu, cultuque, eum de genu adorauerunt; & Clerus, qui cum inſignibus ſuis, & Crucis labaro aderat, eum in Ciuitatem rite introduxit.

Beneuenti obuium habuit Carolum Regem, paratum in obſequia conſueta, erga Pontifices Romanos, & is deinceps comes itineris fuit. Ad Ceperanum expectatus à Cardinalibus nonnullis, poſt officia, & conſalutationes Viterbium vna commeauit, vbi ab vniuerſo eorum Senatu inornatus eſt ſacris Pontificum indumentis.

Ibidem nomen Gregorij adlegit: partim quia religioſiſsimè Diuum Gregorium ſemper coluerat: partim etiam quia electus ineunte Septembri menſe, quo tempore fuit eiuſdem Sanctiſsimi Pontificis inauguratio, perinde ipſe ſtatuerat inaugurari menſe Martio adulto, ſtatim ab eiuſdem anniuerſaria celebritate.

Nempè Cardinalibus ſciſcitantibus; Viterbij, an Romæ mallet corona pontificia redimiri, reſpondiſſe fertur: Romæ Conſtantinus Auguſtus, Monarcha Imperij Romani, ex vertice ſuo coronam eximens, illam religioſa munificentia Beato Silueſtro Romano Pontifici contulit: vt id argumentum eſſet, regij decoris, & ditionis temporariæ Pontificum Romanorum. Cum hæc itaque ſint peracta in Vrbe, decet me, perindè in Vrbe, ſacro inſigniri Eccleſiæ coronamento.

Pro-

Digitized by Google

Proinde Viterbio Gregorius Pontifex, Patres auguſti, & Carolus Rex cum aula vniuerſa, emigrarunt: ſuoque comitatu propemodum Romam denuo Vrbem triumphalem reddiderunt. Effuſa obuiam tota Ciuitas fuit: vbique aderant cateruatim, plenis atrijs, & compitis, neque ſatietas intuendi erat, quem tot votis, & tandiù exoptauerant, ſpectatum ſemel comitabantur, & mox prçcurrebant etiam, vt iterum, vt ſæpius ſpectarent.

Pontifex igitur Romam intrauit, poſtridie à Diui Gregorij, natali die, dominica prima cineralium ieiuniorum. Deinceps Sacerdotio initiatus eſt, & conſecratus inſuper Epiſcopus Romanus: atque adeo dominica tertia, hoc eſt VI. Cal. Aprilis, anni Milleſimi, ducenteſimi, ſeptuageſimi ſecundi, poſtquam in Vaticana Baſilica ſacrum Eccleſiaſtica maieſtate decantauerat, more maiorum, ſuſcepit Thyaram Pontificiam, ter gemmis, & auro diadematam, atque indeptus, regale Sacerdotium, cum inſigni gloria, proceſsit ad Baſilicam Lateranenſem, cuius erat Epiſcopus, præſultante nobili equitatu Procerum Romanorum.

Tum verò equitanti ſtapedem tenuit Carolus Rex, & aliquo viæ interuallo equum fræno deduxit: atque inſuper inſtructo intra Laterani palatium conuiuio, ei manus proluenti obſecutus eſt, dapiferumque initio menſæ agens, primum ferculum appoſuit; poſteaque aſſedit conuiua. Poſtremo exſoluens iura regni Parthenopæi, & Siculi, quod acceperat ab Vrbano IV. & à Clemente item IV. poſt Manfredum nothum, videlicet exauctoratum, ijs perfunctus munijs, Neapolim regreſsus eſt.

Digitized by Google

De Bello Sacro, et de Synodo Oecumenica deliberat.

Cap. IX.

GREGORIVS Decimus, ratus ſedere ſe in Petri Cathedra, non vt quieſceret, ſed vt præſideret: hoc eſt vt Orbi Chriſtiano præeſſet, proſpiceretque; ſtatim habito Cardinalium Senatu, expoſuit oratione graui miſerandum ſtatum Chriſtianorum in Syria, ac perſuaſit ferendum non videri; Saracenos abuti regione, in qua Deus, eiuſque religio incunabula ſua conſtituerunt.

Narrauit calamitatum lugubres Strophas, quas Chriſtiani patiebantur, & quorum ſpectator fuerat moerens, & lacrymabundus; prophanas, impias, nefandas execrationes Numinis, quas inaudierat, non ſine aurium tormento; violata templa, & tantùm non diruta penitùs monumenta illa, quæ Chriſti Domini, atque Apoſtolorum quodammodo adhuc retinebant virtutem, & ſanctimoniam.

Cum verò aliquoties ibi Europæ noſtræ flos, & robur, fregerit impios Barbarorum conatus, prohibueritque excurſiones, ac populationes eorum; indoluit ibidem, iam eum vigorem armorum oblangueſcere; ac fore dixit, vt ſenſim deficeret penitus; niſi cito auxilia ſubmitterentur. Quocirca cenſuit, bellum omninò inſtaurandum, propoſito rursùs eo ſalutis noſtræ vexillo, ſignoque, in quo Chriſtiani Heroes cum gloria toties vicerunt.

In quem finem ad Philippum Regem in Gallias miſit Archiepiſcopum Corinthi, adhortantis eum, vt non Regni magis, quã pietatis hæres, Sanctum Ludouicum parentem imitaretur, & copias aliquas in Palæſtinam interim deſtinaret; donec iuſtus exercitus in Europa ideo conſcriberetur. Neue conſilia tantũ ipſe pro ea re agitare videretur, ſtipendijs ſuis equites quingentos, & non exiguum peditatum, ire tunc in Palæſtinam voluit, cum Archiepiſcopo Conſentino, quem elegerat Patriarcham Hieroſolymorum.

Atque hæ copiolæ triremibus Reipublicæ Venetæ Ptolemaidem aduectæ, ibi Chriſtianos in ſpem erexerunt fore, vt Gregorius

Digitized by Google

rius Pontifex pro ipſis in dies maiora conaretur: ſiquidem auſpicabatur principatum ab illa tam prouida erga eos charitate.

Ad Venetam Rempublicam etiam ſcripſit,& queſtus eſt;nonnullos ex illius ditione,Saracenis in Syria opes,arma,belli apparatum ſuppeditare; iuſsitque iſthæc auxilia deinceps ſeriò inhiberi,quæ vtique cederent in inſigne probrum Reipublicæ,atque in perniciem grauem Chriſtianorum.

Cęterum, vt belli ſacri noua expeditio indiceretur melius, ac ſucceſſum haberet, de cogenda Synodo Oecumenica Gregorius Pontifex, & Cardinales omnes ſententiam dixerunt. ſed diſcreparunt ſuffragia, quòd in Vrbe aliqui, & alij extra Alpes exiſtimauerint eam cogi oportere. Pontifex id relictum voluit meditationi ſuæ,& nō ita multò poſt ad Vrbem Veterem in Faliſcis,cum vniuerſa Romana Curia migrans;ibi omnino ſtatuit, Lugduni Concilium fore.

Porrò inductus in eam deliberationem eſt,vel ideò, quia in Synodo agendum erat de iniungenda Clero erogatione aliqua, pro bello ſacro; vt Eccleſiaſtici pro eo ſaltem nummos darent: ſiquidem dabant laici cruorem, & vitam. Atqui ſciebat Chriſtianos in Syria,qui militabant ibi contra Saracenos,aut qui ſub eorum iugo erant,poſſe vtique deſpondere animis; cum audirent, ſeu Romæ, ſeù alibi,etiam in Italia, Synodum fieri.

Credidiſſent enim;haud vēturos facile Antiſtites exterarum nationum, ſed adfuturos duntaxāt ex Inſubria,Hetruria,et Cāpania,à quibus,cum tenues ſint eörum opes;exigua ſperari auxilia potuiſſent: ſecus ex Gallia, Germanjaque experti aliquoties fuerant opportuna, & maximè liberalia belli adiumenta.

Igitur hac vſus cæleſti prudentia Gregorius Pontifex, vtilitati publicæ Chriſtianorum in Palæſtina, commoda poſthabuit propria: & quamuis eſſet ſexagenario maior; atque imbecillis viribus,aggredi adeò longinquum iter maluit,vt copioſiùs illis proſpiceretur.

Re deliberata, litteræ Apoſtolicæ cōſcribuntur ad Antiſtites, Reges, ac Dynaſtas omnes Italię, Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ Belgij, Germaniæ, totiuſque oræ Septentrionariæ; quæ extant hodieque,inter priſcas Vaticani tabulas. Admonentur vero in eis ſingillatim Eccleſiarum Præſules,vt perſcriberent, quæcunque in rem fore arbitrarentur, pro aſſertnda Cleri diſciplina, & pro cenſura morum: quò ita accederent meditati, ac de remedijs poſſent ſapientius decernere.

Ad

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Ad hæc quoniam imprimis Gregorio Pontifici cordi erat ſollicitudo omnium Eccleſiarum, auebat maximè Orientalem Eccleſiam, cum Eccleſia Latina conciliare: viroſque ideo religioſiſſimos, & doctrina eximios, ex Ordine Sancti Franciſci, ad Michaelem Palæologum, Græcorum Imperatorem, proficiſci mandauit, qui concordiam ſuaderent, atque eum ad Synodum, indictam, pro anno Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto, Lugdunum inuitarent.

Interea vt Sacrum Cardinalium Senatum ſuppleret, in Vrbe Veteri, creauit Cardinales Epiſcopos quinque, magna nomina, & ex quibus Pontifices Maximi poſtmodum bini fuerunt, vnuſque aris donatus eſt, nempe Sanctus Bonauentura; quem intereſſe Concilio Lugdunenſi voluit, & deuocauerat etiam Diuũ Thomam Aquinatem, ſed is morbo implicitus, in itinere ipſo, haud procul Priuerno defecit, atque ad ſedes Piorum migrauit cum inſigni iactura rei litterariæ, ideoque merito, eum diuinioris ſapientiæ Lycea omnia complorauerunt.

Iter ad Synodum in Gallias, & quæ in eo euenerunt.

Cap. X.

PACATÆ Italiæ deſiderio incenſus Gregorius Pontifex, dum iret ad Concilium, nauauit omnem operam, vt regio pulcherrima, & niſi bella inteſtina officerent, florentiſſima, demum quieſceret à partium diſſidijs.

Venetos, & Genuenſes, rogatu eius, Philippus Rex in amicitiàm reduxerat: Venetos eoſdem, & Bononienſes ipſe poſt triẽnij bellum conciliauit, diruta munitione, quam hi excitauerant pro ſe ad otia Eridani, ac permiſſa illis cuſtodia eiuſdem amnis, qua ſe in maris Adriatici ſinum apud ipſos exonerat.

Quia etiam Anconitani haud æquo animo ferebant, imperari à Venetis pro eo mari vectigalia, huius controuerſiæ diſcuſſionem auocauit Lugdunum ad Concilij ſubſellia.

Simultates aliæ ſupererant Guelphorum, & Gibellinorum, ex quibus metui iure poterat vaſtitas, & pernicies Italiæ; Has vero vt ſedaret, aut reprimeret ſaltem, deliberauit maturius auſpica-

Digitized by Google

picari profectionem, & ſicubi opus foret, morari; Hetruriæque, atque Inſubriæ Ciuitates ab ijs odijs repurgare. Quamquam valetudo eius improſpera, etiam adigere poterat, vt interquieſceret identidem, neue anhelis itineribus ſemper progrederetur.

Haud procul Florentia, totius Hetruriæ Principe Vrbe, Gregorio Pontifici occurrit dignum commiſeratione ſpectaculum. Nempe habitu ſordidato reus & pœnitens, reſti ad ceruices obligatus, excalceatus pedibus, coma promiſſa, ore pallenti, cum lugubri caterua, ſimili ſchemate pullata; venienti obuius fuit ſtudio, filius Simonis Comitis Monfortij, in Britannico bello perempti. Et quia Viterbij Henricum adoloſcentem Regiæ ſtirpis, filium Richardum Cornubiæ Comitis, electi Regis Romanorum, in ſacra primaria æde, dum Sacerdos aris operabatur, diuinamque hoſtiam ritè attollebat, vt adoraretur, impreſſis vulneribus neci dederat, vlturus mortem parentis; etſi tum aderant Reges duo, Philippus Galliæ, Carolus Siciliæ cum primoribus vtriuſque aulæ; facinoris à ſe patrati, ea ſcæna tam luctuoſa, ſupplicium veriùs, quàm veniam flagitauit.

Pontifex cædem illatam innoxio iuueni, funeſtam templo, ſacrificio iniurioſam, Regibus, qui tum aderant omnino triſtem; ſed & Odoardo Britanniæ Principi, vtpotè patrueli præ cunctis grauem, ac lamentabilem ſciebat. Nempe is reuerterat non ita pridem ex Syria (poſtquam deſperatis Europæorum auxilijs, inducias ibi Chriſtiani ad decennium pepigerant, cum Saracenorum Tyranno, nummumque aureum Bizantinum promiſerant quotannis viritim ſoluendum, & ſecùm cor Henrici, balſamo perfuſum, in pyxide aurea Londinum exportauerat, atque ad Tameſis pontem, in columnæ faſtigio ſtatuerat, vt obuerſaretur oculis, atque ad vltionem Ciues perpetuò extimularet.

Hæc itaque animo reputans Gregorius Pontifex, ſed ſimul Guidonis erga parentem commiſerans, aut ſaltem excuſans charitatem (nam in parentem pius, etſi in hoſtem ſæuus fuiſſe videbatur) iuſtitiam clementia miſcuit, ſuppliciumque ita tẽperauit, vt compos vitæ quidem eſſet, ſed expers tamen lætitiæ, ac libertatis, carceri manciparetur, exerceretur que aliquandiu pœnitentia ſeueriore.

Cui finem etiam poſtmodum fecit, exſoluique ipſum anathemate iuſſit, ab Aquileiẽſi Patriarcha, & à duobus Cœnobiarchis

Ordi-

Digitized by Google

Ordinum Sancti Dominici, ac Sancti Franciſci, dummodo Apoſtolicæ Sedi ſponderet obſequij reuerentiam.

Sed enim, vt narrationem ab hac hiſtoria tam triſti reprehendam; & proſequar Gregorium in Florētiæ mœnia introeuntem, ibi vt Guelphis, & Gibellinis, etſi eiuſdem patriæ alumnis; hoſtibus tamen, pacem ſuaderet; ſicut olim Apoſtoli: *Pax*, inquit, *huic domui*. Oſtendit autem, videri profectò rem maximè alienam; in ciues, immò ſæpè in conſanguineos ferrum ſtringi, & à filijs in ſinu matris foueri odia; eſſe ideo cur iniurijs vicisſim darent veniam, crederentque ab ſe patriam ſeruari; ſi à cædibus mutuis abſtinerent: ne multis; viuerent conſentanea ciuibus charitate; neque efficerent, vt ſepulchrum eſſent mœnia, quæ incunabula ipſis fuerant, & in quorum complexu fuerant innutriti.

In hæc officia impendit ſe ſtudioſisſime, quandiù manſit Florentiæ: vbi etiam ſacram ædem, vltrà Arnum, dicauit Diuo Gregorio Magno, eiuſque rei ſupereſt inciſum in marmore monumentum. Tunc reducta quidem pax aliqua eſt, ſed non fuit diuturna, quia potentior pars Guelphorum, redordiri telā priſtinam, inſidiaſque, & cædes denuo intentare in Vrbe cœpit, aduerſus partem alteram Gibellinorum; eaque res Pontificem adegit, ad interdicti pęnam Ciuitati vniuerſæ infligendam.

Dicitur verò ipſe adultam iam æſtatem exegiſſe in Mugello, amœniſſima regione, quæ tum erat Familiæ Vbaldinæ; in quas commodiſſimi ruris delicias, Octauianus Vbaldinus Cardinalis, perquam humaniter eum inuitauerat. Poſtquam remiſit æſtas, verſus Flaminiam contendit, & tum correptus morbo graui, ad Sanctam Crucem hæſit propè Bononiam. Redintegrata dein valetudine, pergens in Inſubriam, & conſpicatus eam conuulſam cędibus factionum, *fleuit ſuper illam*. Cum autem experiretur, faciliùs multò eſſe, plagas illas cruentas lacrymis eluere, quam ſanare; ociùs vrbes eas pertranſiuit, & tantisper Placentiæ, in patria, eſt commoratus; vt ſtudioſius ciues ſuos viſeret, ſalutaretque; & tum piaculares indulgentias, iuges, ac manſuras, templo Deiparę impertiuit; quarum ibi adhuc largitio perennat.

Receſſurus, voluit hærere illic, aut alibi ad Eridanum, Othonem Vicecomitem, Mediolani Archipręſulem, qui in comitatu erat, dum videlicet in ſuam ſedem aditum illi quemadmodum

ſpe-

Digitized by Google

ſperabat, Numine propitio, pateſaceret. Nempe obierat quidem Leo Paregus Archiepiſcopus, ex ea Ciuitate dudum extorris, propter diſsidia factionum; & Ciues, Archiepiſcopos duos, Raimundum Turrianum, ac Septalam ſublegerant; ex qua re ſunt oborti tumultus graues.

Vrbanus IV. electionem eam vtramque abrogauerat, & ſuadente Octauiano Cardinali Vbaldino, Galliæ Ciſalpinæ Legato, conſtituerat Mediolani Archiepiſcopum Othonem Vicecomitem. At Martinus Turrianus, non ferens Raimundum fratrem, exui dignitate, vti erat magnæ potentiæ, intercesſerat, prohibueratque Othoni acceſſum, atque ob eam cauſam à Pontifice deuotus diris fuerat.

Dein Turriani omnes, vtpote infenſi Vicecomitum factioni, ac ſingillatim Neapoleo eorum Dux, ac pro Imperatore Inſubriæ Præfectus, obſtiterāt perpetuò, ne ille poſſeſſionem adiret.

Nihilominus Gregorius Decimus, & ſi fruſtra hoc anteceſſor eius Clemens IV. tentauerat, exigere à Turrianis deliberauerat; vt Ciuitati ſuum Antiſtitem adeſſe demum permitterent, eumque ideo degere in propinqua Padi regione maluerat, ne ille inopinato aduentu ſuo magis in ſe hoſtium animos irritaret; aut in vitæ diſcrimen etiam adduceretur.

Sed enim Gregorius Pontifex, exceptus quidem à Turrianis Mediolani eſt honorificentia ſumma, attamen ſurdæ aures eorum fuerunt, quando agi cœptum eſt de Othonis Archiepiſcopi admiſſione. Quocirca proſecuturus ille vniuerſalis Eccleſiæ curam, ſollicitudinemque; conſultius duxit, ad Synodum feſtinare, ac differre procurationem illam, peculiaris Eccleſiæ Mediolanenſis, cui componendæ tum fęlicitas defuerat. Triduum itaque non amplius moratus, Turrianis inſalutatis, qui ea in Vrbe dominabantur, fugienti, quam proficiſcenti ſimilior, inde pedem extulit. Quæ res fuit ipſis dedecora; ſed non ideo eis potuit mentem ſaniorem inijcere: nam Othoni quoque prouentus annuos Eccleſiæ pernegarunt, etſi eſſe ipſum ſaltem eorum compotem, Pontifex voluerat.

Propterea caput Gentis, Neapoleo, perſtrictus excommunicationis cenſura, & punita interdicto Ciuitas fuit. Ipſe autem Otho Vicecomes, aliquanto poſt, quia perſenſit ſicarios à Turrianis miſſos, qui ſibi necem inferrent, abſceſſit clanculum ex Inſubria, & ad Synodum perinde Lugdunum properauit.

D Lugdu-

Lugdunum intrat, atque auſpicatur Oecumenicam Synodum.

Cap. XI.

CONFECTO demum itinere, Gregorius Pontifex Lugdunum ingreſſus, in eam nobiliſſimam Vrbem, enimuerò ſecum inuehere viſus eſt, quicquid in Eccleſia Romana erat, aut maieſtatis, aut ſanctitatis. Nihil attinet dicere, obuiam fuiſſe Clerum, & ciues, vt ſumma frequẽtia, ita ornatiſſimo apparatu: etenim gloria longè maior illa erat, quæ tum admittebatur.

Intrabat Pontifex Maximus, & cum eo Auguſti Patres, magnus hoſpes, & quaſi Sol cum ſuo ſyderum choro. Certè Iacobus Aragonum Rex, qui hanc Synodum vidit, demiratus eſt, vt perhibent, in Gregorio Pontifice Auguſtam. Deoque ſimilli- mam ſpeciem; in Purpuratis Patribus S. R. E. qnendam veluti Regum Senatum; & in reliquo cœtu interpretes, internuncioſque Numinis, centenos, ac millenos.

Vniuerſi qui aſſederunt hoc cenſu referuntur: Cardinales Epiſcopi quinque; Presbyteri quatuor, ac ſeni Diaconi; Patriarchæ duo, aduenæ Orientis Conſtantinopolitanus, & Antiochenus; Epiſcopi quingenti Abbates, ſexaginta, ac præterea delecti ex Clero mille. Adfuere inſuper Oratores Imperatoris Palæologi, Regum, & Dynaſtarum; ac præſertim Abagam Principis Tartarorum.

Vt eſſet verò Synodo ſecuritas; Philippus Rex Galliarum, finitimas Lugduno tres munitiſſimas arces, milite præſidiario, & omni bellico apparatu inſtructas, Gregorio Pontifici addixit. Kalendis Maij anni Milleſimi, ducenteſimi, ſeptuageſimi quarti inchoata hæc Synodus eſt, & producta in menſes non amplius tres; ne à ſedibus ſuis tot Eccleſiarum Præſides diu abeſſent. Quæ porrò eſſent pertractanda propoſuit, initio Pontifex: nempe agendum de morum norma, & de Cleri præſertim veteri diſciplina: proſpiciendum rebus Syriæ afflictis, ac propemodum conclamatis; curandumque, vt Chriſtianis ibi ſuppeteret pro ſtipendijs pecunia, & pro bello miles. Hoc autem tam ei erat cordi; vt etiam dum Lugduni hæſit, habito ſubitario delectu, in-

Palæ

Digitized by Google

Palæſtinam copias nonnullas miſerit, acceptis mutuis à Rege Philippo argenteis marchis vicies, quinquies millenis; hoc eſt centum viginti quinque millibus aureorum.

Quin immò pectori eius cura hæc inſedit tam altè, vt affirmauerit, quando Synodum dimiſit; cogitare ſe rurſus in Palæſtinam, ac ſe vtique illuc immigraturum, ſi Deus annueret vt profunderet ibi ſanguinem, ac vitam; vbi à piaculis animæ Chriſtus Dominus eluerat nos in ſanguine ſuo: atque hæc dicenti manarunt ex oculis vbertim lacrymæ.

Ad hæc, ait, velle ſe in Synodo illud moliri, vt inciperet tandem in Eccleſia, eſſe vnum ouile, atque vnus paſtor: quò ita Sol vnus Chriſtus Dominus, tenebris errorum diſcuſſis, Orientem, atque Occidentem ex æquo illuſtraret. Debere Cæſarem inſuper in Germania conſtitui; ac demum agi oportere de ordinandis lege aliqua ſeueriore ſacris Cardinalium comitijs, vt deinceps Eccleſiæ ſupremus Præſes, & citiùs, & probiùs eligeretur.

Sed enim præſtat ex his quædam ſeorſim, & magis à cura referre, vt Gregorij Pontificis appareat cæleſtis prudentia, qua Synodum hanc Oecumenicam, eo ſæculo laudatiſſimam, cum Eccleſiæ inſigni gloria, celebrauit.

Cum Romana Eccleſia in gratiam redit Eccleſia Græcorum.

Cap. XII.

EXACTO eo, quem iam dixi, priore Synodi cōſeſſu, alter habitus conſeſſus fuerat, vt prouentuum ſacrorum decimæ ad ſexennium deſtinarentur, in ſtipendia belli ſacri. Inſtabat tertius conſeſſus; cum litteræ redditæ ab ijs, quos ad Palæologum in Græciam Gregorius miſerat, nunciarunt aduentare eiuſdem Imperatoris Legatos.

Prius quam ij Vrbem intrarent, Sanctus Bonauentura, Epiſcopus Albanenſis, dicturus pro concione ad Patres Synodi, exorſus eſt à verbis illis. *Exurge Hieruſalem, ſtà in excelſo, & circumſpice ad Orientem, & inde collige filios tuos ab Oriente vſque ad Occidentem.* Mox antecurſores admonuerunt, Legatos Barach.c.5

 in

Digitized by Google

in propinquó eſſe : itaque obuij fuerunt, is qui Præfectus cubiculo erat Gregorij Pontificis, cum familia eius; aſſeclæ Cardinalium, & alij plures, qui per compita Vrbis eos deducerent. Põtifex in palatij veſtibulo cum Cardinalibus, & vniuerſo Patrum Senatu eos amplexu, atque oſculo dignatus, excepit humaniſſimè, litteraſque Palæologi aurea bulla obſignatas mox aperuit, in quibus hæc ſcribebantur.

Nobis fuit à vobis deſtinata epiſtola, quem ſupremum profitemur Pontificem, quem tanquam lucernam lucentem puritate conuerſationis, & vitæ diuinitate ſuper maximam Pontificatus *ſedem, veluti ſuper candelabrum* Deus *conſtituit, vt in omnibus finibus fulgeretis*. Poſt hæc in Synodo Gregorius Acropolita, Magnus Logotheta pro Imperatore Palæologo, & Theophanes Metropolita, pro Andronico eius filio, eiurarunt ſchiſma Græcorum.

Peculiariter pro primatu Eccleſiæ Romanæ tria ſunt ſancita, eaque illi adpromiſerunt: nempe, vt in ſacris hymnodijs Græcorum, mentio eſſet Romani Pontificis, ſcriberetur que ibi eius nomen, cum honoris prærogatiua, hoc eſt, ſupra quatuor Orientis Patriarchas. Vt Græcis liceret, pro iure dicundo Romam veterem, ſeu maiorem, & perfectiorem curiam, quam appellant, prouocare. Vt Sedi Romanæ Græci primas deferrent, eamque fidei magiſtram agnoſcerent, ac venerarentur.

Sed quod magis præcipuum erat, vtpote auguſtius, ac diuinius, ijdem Legati confeſsi ſunt iureiurando, Spiritus ſancti proceſſionem æternam ex Patre, Filioque; non tanquam ex duobus principijs, nec duabus ſpirationibus; verum ex vno principio, vnaque ſpiratione, quemadmodum Orthodoxa Eccleſia profitetur.

Vbi verò illi, credere iſthæc ſanctè affirmarunt, Imperatorem Palæologum, eiuſque filium Andronicum, & ſacros quoſque Orientis Antiſtites, Gregorius. Pontifex ex ſolio, exuit cidarim, & hymnum ſacrum, Te Deum, auſpicatus eſt; ſtetitque ſupplex, dum chorus proſequeretur; cum interim iuſtiſſimi gaudij lacrymæ profluerent ex oculis omnium.

Id verò ſatis teſtatus eſt Gregorius Pontifex, litteris dein datis tum ad Palæologum, in quibus; O' *vtinam*, inquit, *Fili tibi pateret ad plenum, cum quanto in his occurrit tripudio eadem Eccleſia, nuper in Lugdunenſi Concilio congregata. O' ſi voces pſallentium tibi, Deumque flexis genibus, nudatiſque capitibus laudantium, præcipuè Prælatorum, in tuis ſonuiſſent auribus, & reuelata*

facie

facie ipſorum oculos deducentes, quaſi aquarum exitus, inſpexiſſes, profectò prudenter aduerteres, quod erant eorum lacrymæ tam excuſſi doloris indices, quam adeptæ lætitiæ proditrices. Tum ad Andronicum filium, in hæc verba. *Habes fili, vnde in Domino tuo exultes, & fatearis humiliter, tibi de immenſo ipſius dono conceſſum, veræ fidei agnoſcere veritatem*. Tum denique ad ſacros Antiſtites Eccleſiæ Orientalis: *Illi ergo laus, illi gloria, qui largitor omnium bonorum, tantam nobis, & vobis largitus eſt gratiam, vt nos in hæc tempora reſeruauerit; vt diem hunc nobis videre conceſſerit, quem videntes ſumus in immenſum non indignè gauiſi ex immenſitate gratiæ menſuram lætitiæ metientes*. Hæc ipſe.

Nec profectò erat frequentior, in Lugdunenſi Vrbe ſermo; templaque omnia, & atria, & fora gaudio, plauſuque circumſonabant; cum iam videretur poſſe deinceps vniuerſus Chriſtianus Orbis iiſdem Sanctiſſimis ritibus vbique Superos, ac Deum colere.

Non ita multo poſt huius rei experimentum fecerunt Patres, occaſione anniuerſariæ celebritatis, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli: nam in ſacra æde Primaria Vrbis Lugdunenſis, aſſidente tota Oecumenica Synodo, ritu ſolemni, Pontifex aris operatus eſt, & tum Epiſtola, tum Euangelium enunciata fuerunt Latinè pariter, ac Græcè: atque adeò dum Apoſtolorum ſymbolum inter modulos ſuauiſſimos decãraretur; ambo Græcorum Patriarchæ, confirmaturi ſuæ fidei profeſſionem, particulam illam de Spiritu ſancto, *qui ex Patre, filioque procedit*, ter religioſiſſimè incinuerunt.

Hæc tunc peracta Lugduni ſunt, & Græci quidem pro inconſtantia veteri, poſtmodum abolitis Synodi huius ſanctionibus, errores priſtinos reuomuerunt; ſed fuit ſaltem laudabilis conatus Gregorij, quòd ſtuduerit rurſus, in vnius Paſtoris caulas, ope tam ſolicita, congregare diu oberrantes oues.

Com-

Componit res Imperij Occidentalis,& id Auſtriacis confert,magno religionis bono.

Cap. XIII.

IN interregno Imperij,electi duo fuerant: ſed neuter pleno Septemuirum Senatu,iuſtiſuè eorundem comitijs. Quippe Conradus Archipræſul Vbiorum, ſuo & Archipræſulis Moguntini nomine, atque inſuper cum Comitis Palatini etiam,qui aderat, ſuffragio; Riccardum Cornubiæ Comitem, Henrici Britanniæ Regis fratrem germanum, Aquisgrani conſtituerant Romanorum Regem, inunxerant, & diademate inſuper condecorauerant.

Cōtra Treuirorum Archiepiſcopus, Saxoniæ Regulus,ac Rex Bohemiæ, ad Imperij faſtigium euexerant Alphonſum Caſtellæ, ac Legionis Regem: eratque ideò Germania, ex duorum Cæſarum factionibus, diſtracta in ſimultates, ac cædes. Quocirca Gregorius Pontifex iam antea, ternos quidem Eccleſiaſticos Septemuiros, intentato metu exauctorationis, alioſque tres, Dynaſtas ditionis temporariæ,propoſita pœna excommunicationis,adegerat,vt noua ſuffragatione Cæſarem eligerent,ſuumque Eccleſiæ tutorem, ac patronum darent.

Is fuit Rodulphus Comes Auſpurgenſis, ille nimirum, qui Chriſtiana pietate, ac religione inſignis, Sacerdotem cum auguſtiſſimæ Euchariſtiæ hierotheca, tempore maximè alieno,per ſaltum,ire peditem, eques ipſe non permiſit; ſed momento exiliens, ac pediſſequum agens inſidere,ac progredi phalerato ſuo equo maluit; meruitque tam glorioſo famulitio,vt ex proſapia ſua,Hiſpaniarum potentiſſimi Reges, Germaniæ vero tres, ac deni Cæſares, proculdubio auctore Deo,propagarentur.

Hanc Rodulphi electionem promouerat initio Gregorius Pontifex, & confirmauit dein in Synodo; ad quam vtique Oratores illius conuenerant, præſtituri obſequium Pontifici Romano.

Quia verò ex duobus alijs,antea perperam electis,vnus dumtaxat erat ſuperſtes,Alphonſus Rex Caſtellæ,ac Legionis. Pōti-

fex

Digitized by Google

ſex miſſo ad eum Legato,hortatus eſt, ſtudio pacis publicæ, ceſſaret à petitione Imperij. Et quamuis ille ad id ægrius induci ſe pateretur, præſertim æmulo è viuis iam ſublato, Riccardo nimirum Cornubiæ Comite; pollicitus eſt nihilominus; ſe in poteſtate Pontificis futurum; ac negotium eius arbitrio ſubmiſit: quandoquidem decimas cenſuum Eccleſiaſticorum obtinuerat, pro bello aduerſus Mauros.

Sed enim, vti ambitio eſt hydra, quæ capita ſua congeminat, etiam dum obtruncatur; Alphonſus, nequicquam diſſuadente ſocero eius Iacobo Aragonum Rege, iuſſis Perpiniani hærere coniuge, ac liberis, ad Belcairum, oppidum Phocenſis Prouinciæ; quod Rhodano præterfluente alluitur, Pontificem ex Concilio reducem rurſus pro Imperio interpellauit.

Queſtus eſt Rodulpho Auſpurgenſi honorem collatum, ſe neglecto, & ſpreto; cuius vnius erat, Imperium capeſſere, extincto Riccardo, legitimo alioqui competitore: Imperium eſſe, quidem ſine opum prouentu, inane nomen, ſed ex eo decus poſſe Hiſpaniam adipiſci.

At Gregorius Pontifex oſtendit, redire potuiſſe ad ſuffragia S.R.I. ſeptemuiros; ſiquidem nemini vni potuerant ſufficere, quæ fuerant ab eis alterutri collata. Eos qui eligunt, Germanos eſſe, ac videri conſentaneum; vt pro Germania Imperatorem Germanum eligant; nec debere dignitatem ampliſſimam exteris patere. Ex Riccardi obitu haud ei ius nouum obueniſſe; ac fore periculoſæ plenum opus aleæ, velle iam vi petere principatum. Germaniæ itinera longinqua, & vaſta eſſe, fluminibus imperuia, & diuturniore hieme aſpera; vt vix ire liceat, ne dum aliquid moliri, dum à gelu regio mitigatur.

Germanos eſſe ingenio præferoci, atque vti amãt libertatem, ita omni ope adnixuros, vt excuterent, depellerentque à ceruicibus ſuis iugum exterorum.

Ne multis, exiguum fore, quod poſſet victori accedere, eum tamen victo poſſe plurimum incommodari, ſi ex alienis regnis ſimul cladem, ſimul infamiam referret. Cæterum ſciret intereſſe boni communis, Imperium Romanum tranſcribere in eum, qui ex propinquo ſedare Italiæ factiones, ac promouere conſilia belli ſacri poterat commodius; & ideo videri coniunctã cum Religionis bono, eam Rodulphi electionem, debereque ipſum vtpote Regem Pium, Illud qualecunque Imperij decus, quod

Digitized by Google

quod alioquin rebatur inane, atque euanidum, Deo, eiuſque Religioni poſtputare.

Hæc dixit, & datis amplexibus, oſculo etiam perorauit; ceſſauitque à ſpe Imperij Alphonſus; ſed pertentauit tamen ſpes alias, vti erat ambitione immodica. Nempe affirmauit, emortuo Conradino, ad ſe ſpectare Sueuiæ Principatum, cum à Sueuis Dynaſtis genus maternum traheret. Vaſconum Regnum ſuum videri, eiuſque adminiſtrationem à Gallis inique vſurpari: ſibi pro eo ſuffragari priſcas, & publicas tabulas, ad quarum fidem prouocabat.

Verum quia his poſtulatis Gregorius Pontifex, & Cardinales minime annuerunt, reuerſus in Hiſpaniam, aſſumpſit de integro Imperij, nomen, atque inſignia; nec abſtinuit, niſi denunciatis diris, Pontificis iuſſu, ab Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Et quia Pontifex in ſubſidium belli Maurici addixit ei, etiam decimas imperatas, ex Concilij Lugdunenſis præſcripto ad ſexennium, pro Syriæ bello, eas videlicet, quas erui oportuiſſet ex Caſtellæ, ac Legionis Regnis, hac noua largitione demum inductus eſt, vt feriò, ac penitus Rodulpho reconciliaretur.

Poſtmodum Rodulphus ipſe Lauſanæ adfuit Pontifici abeunti, fidemque ſuam iureiurando addixit, more maiorum; ac priuilegia, immunitates, ditionesque confirmauit Eccleſiæ Romanæ, obſignato cerea bulla diplomate: neque enim bullæ aureæ vſus Cæſari permittebatur, priusquam Romæ coronaretur.

Actum cum eo etiam fuit, de expeditione ſacra, aduerſus Saracenos; pro qua ritè inauguratam Pontificis manu Crucis teſſeram, ibi Rodulphus, eiuſque proceres omnes ſuſceperunt: vt verò certius pax Italiæ ſtabiliretur, Rodulphi filia eſt nuptui data nepoti Caroli Siciliæ Regis, fuitque nuptiarum auſpex, ac pronubus Gregorius Pontifex.

Cæterum non ſine Numine Rodulpho fuiſſe delatum Imperij faſtigium, quod fœliciſſimè hactenus, non religione minus, quam ſucceſsione Auſtriaci propagarunt; vel ex eo conijcere ſit; quod nubes candida in Cælo fulſerit, Crucis forma, quando primum Rodulphus accepit inſignia Regis Romanorum, & mox viſa ſit rutilare, quodam fulgore ſanguineo.

Sed certè ipſe interpretatus eſt admodum piè; ac Deo propitio, inquit, ſignum ſequar, quando mare traijciam cum exercitu, in Palæſtina Numini daturus ſanguinem, pro conſcientia

mea

Digitized by Google

meæ expiatione : ſed ſceptri loco etiam, quod forte defuit, ma-nu Crucem arripuit, quo die illi Sacramentum Germani Proceres dixerunt : atque ab hac altera etiam pietatis profeſsione tam inſigni, poteſt cum gloria repetere exordia ſui Principatus, Imperium Auſtriacorum.

Sanctionem edit pro ſacris Cardinalium comitijs.

Cap. XIV.

NE contingeret deinceps, cum Eccleſiæ graui detrimento, in menſes plures, immò in annos etiam Summi Pontificis electionem differri; de ſacris ordinandis comitijs, ſecũ aliquandiu deliberans Gregorius Pontifex, conſtitutionem ſubſcribi ad Epiſcopis Nationum, ac ſigillo eorum obſignari prius voluit; quos ideò accerſit in ædium ſuarum adita ſecretiora; & tum promulgauit eam in Synodo, metu videlicet; ne ex Cardinalibus aliqui repugnarent: atque ita ſuffragatione Patrum omnium eam ſtabiliuit.

Exinde inducta conclauis, quod vocant, dura, ſed ſalubris tamen lex, ac neceſsitas: nempe vt Cardinales, donec ab eis vnus eligatur, habitent omnes anguſtis cellulis, quas non muri, ſed tegetes, obductæ panno interſtiguant; vt menſa frugali, & aſſo vtantur cibo; cuius ibi etiam inſpectio habeatur, ne includi, & clanculum ſubmitti epiſtolæ poſſint. Vt ſint obſepti aditus, planique imperuij, more clauſtrorum: oſtia verò Proceres Romani; aut extra Vrbem, Prætor, & Magiſtratus cum ſatellitio cuſtodiant. Vt famuli duo, aut tres, ſi plurimi, cuiuis Cardinalium intus miniſtrent. Vt nemo ex Cardinalibus poſsit eſſe alterius conuiua, ſed debeat ſolitario triclinio veſci; quæ omnia conferunt, aut etiam adigunt ad maturandam electionem.

Cautum prterea fuit, ne pactis, aut largitionibus inquinetur ſanctitas eorundem comitiorum, & ne ſtudia priuata anteferantur publico Eccleſiæ totius commodo. Etſi vero in Vrbe locus frequens, & conſuetus pro ijs comitijs, eſt Vaticana Regia, liceret alibi, ſi cauſæ conſentaneæ id exigerent. Ideoque Adrianus V. in Lateranenſi palatio; ad Sanctæ Sabinæ in Auentino

E Nico-

Digitized by Google

Nicolaus IV. & ad Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, Eugenius Quartus, electi fuerunt, vbi etiam inchoata comitia fuerant, pro Pio III. dum Vrbem Leoninam obtineret Cęſaris Borgiæ miles.

Cęterum Gregorij conſtitutio hæc, tam grauis, tam pertinẽs, dumtaxat in vſu fuit, dum ab obitu eius, Aretij, Ciuitate Hetruriæ, Innocentius V. & Romæ Adrianus V. crearentur. Is enim eam ſuſpendit; abrogauit vero Ioannes XXI. queſtis nimirum Cardinalibus, nimio ſeueriores videri comitiorum eas leges.

Sed enim ſunt experti deinceps damna priſtina moræ diuturnioris, nam Viterbij menſibus ſenis, ac diebus totidem, in comitio exactis, vel inuiti intra prætorium incluſi ſunt à Carolo Siciliæ Rege, Senatore Vrbis, & tunc elegerunt Nicolaum III. ex Vrſina gente.

Rurſus ibi ad ſex menſes diſſenſere: atque ex Caroli Regis potentia Martinum IV natione Gallum, Pontificem renunciarunt, depreſſa factione Vrſinorum; ex qua prius Cardinales duo ſunt in carcerem protruſi.

Sed diuturnius Romæ diſcreparuut ſuffragia, ſtatim à deceſſu Honorij IV. ex gente Sabella: ſolui enim conuentum oportuit, deſideratis è Cardinalium numero ſeptem: adeo grauis æſtas fuit, ad Sanctæ Sabinæ in Auentino, vbi ſtationem habuerant, nec niſi adulta hyeme Pontificem crearunt Nicolaum IV.

Poſtquam huic defuncto parentarunt, ſeceſſerunt Peruſiam, vbi recrudeſcente diſſidio, dum pars Columnenſibus, pars Vrſinis adhæreſceret, biennium fluere permiſerunt, & cum ex Senatu ipſo neminem poſſent ſatis probare, tandem perſuaſione Latini Malabrancæ, Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis, viri doctiſſimi, ac religioſiſſimi, ex ſolitudine Petrum Moronum Eremicolam, ſanctimoniæ fama celebrem, euocarunt ad Pontificatum.

Is appellatus Cæleſtinus Quintus, verè Pontifex cælitus datus, reſtituit Gregorij X. ſanctionem, de ſeptis comitiorum, quandoquidem tot pepererat, & tam grauia incommoda illius abrogatio; & mox eam confirmauit nouo diplomate Bonifacius VIII.

Noſtra vero, & ſuperiore demum ætate, latis conſentaneis legibus, veluti ſupremam ei manum impoſuerunt Pius IV. & Gregorius XV. Perquam anguſta eſt, fateor, & circumſcripta nimium, habitatio; ſi præſertim æſtas, aut hyems fuerit: atque ægrè,

ægrè, aut vix ferenda iis, qui habitant ædibus magnæ laxitatis; ſed crebris experimentis conſtat, non niſi iis ſubſidiis maturata Patrum ſuffragatione, poſſe citò ſuum accipere caput, corpus Eccleſiæ, quod eius vnius anima gubernatur.

Aſſeritur Epiſcoporum, & Cleri diſciplina.

Cap. XV.

OPTIMIS, & ſanctiſsimis inſtitutis, optauit eos præſertim imbutos videri, qui Pontifices nominantur ideo, quoniam vt interpretabatur, inter Deum, ac plebem ſe ipſos pontem faciunt, ac preces, & vota ad Deum à nobis, & viciſſim à Deo munera beneficiaque ad nos, aſſiduè tranſuehunt; quod inficiabatur eos præſtare poſſe, ſi contingeret limo, ac cœno vitiorum ipſos mergi, atque inquinari.

Exigebat ab eiſdem vt præferrent lucernas in manu: hoc eſt palam haberent teſtimonium innocentiæ: vt autem forent vigiles pro gregis cuſtodia, vſurpabat etiam ipſe accommodatiſſimam illam parænesim. *Plus vigilare, plus viuere eſt: quid enim tam morti ſimile, quàm dormientis aſpectus, aut quid tam vita plenum, quàm forma, ſeu conditio vigilantis?* S.Greg.

Ne iſta fuſius proſequar, diſertè in Synodo dixit; perire ideo genus humanum, quia pereunt primi; ſuaque nos inuoluunt ruina, populorum capita Epiſcopi, & Sacerdotes. Proindè in aliquibus malæ famæ exemplum ſtatuit, ac de gradu honoris eos ſubmouit, vt continerentur in officio alij.

In hoc genere celebris fuit abdicatio Henrici Epiſcopi Leodienſis, qui ex Comitibus Geldriæ, cum ad Epiſcopatum attuliſſet nihil, præter generis claritatem; eſſet verò tam effuſæ incontinentiæ, vt puellis innuptis, coniugum thoris, ſeptis Parthenijs Virginum Sacrarum, non parcens, in conuiuio iactauerit aliquando; ſe intra menſes viginti duos, quatuordecim liberos ſuſcepiſſe, fruſtra ſæpius commonitus, tandem ad Synodum eſt vocatus.

Adfuit, & querimoniæ ſunt de eo tranſmiſſæ, ex Diœceſi vniuerſa,

Digitized by Google

uerſa, vt plurimæ, ita ſanè admodum grauei; ſed ſuperbo aduenit, prophanoque habitu, & cum laicæ aulæ comitatu, quaſi Princeps.

Diſſimulauit Pontifex, atque eſt ſciſcitatus ecquis eſſet. Ille, ſe Francimonrij Marchionem dixit, & tum excepit Pontifex, Leodienſem Epiſcopum expectari. Quare è conſpectu eum demiſit. Vocatus poſtridie, venit quaſi prænobilis Comes, ſed perinde abire iuſſus eſt, Pontifice affirmante, ſibi eo die cum Leodienſi Epiſcopo rem eſſe.

Perendie iniungi mandauit, vt adeſſet Epiſcopus, cum toga, & inſignibus ſacris, ſepoſita pompa omni temporarij Principatus: Itaque demum intrauit Antiſtes, & tum grauiſſimè increpauit eum Pontifex, commemoratis exceſsibus luxuriæ tam ſolutæ, quaſi emiſſarius eſſet, excuſsis habenis. Nec poterat Pōtifex hæc ignoraſſe: ſiquidem & olim Leodij Archidiaconus fuerat, & ibi Lugduni, inter manus habebat, libellos accuſationum eius.

Sed enim medicinam, & curam, mores in prauum elapſi reſpuerunt; ideo ademptis anulo, cidari, & lituo; dignitatis decora, detraxit Gregorius Pontifex, nulla alia inflicta pœna, quam alioqui merebatur, & dumtaxat abdicatum abire iuſsit.

Sed pœna grauior, etſi ſera, illata eſt demum à vindice Deo; nam Henricus interemptus fuit à viro nobili, cuius honori notam inuſſerat, vt libidinem ſuam immodicam expleret. Cæterum in eum ita exauctoratum hoc diſticho luſit nonnemo illi æqualis.

Qui fuit ante Comes, Dux, Marchio Præſul, & Abbas,
De thalamo Papæ tantummodo Presbyter exit.

Exutus videlicet titulis temporariæ ditionis etiam, quibus potitur Antiſtes Eburonum, & quorum opes Eccleſijs tributæ non i deo ſunt, vt eis in perniciem animæ abutamur.

Et profectò eraſos perinde alios, minus dignos ex Præſulum albo fuiſſe à Gregorio Pontifice, ſit veroſimile, quia intra quadriennium conſtituiſſe dicitur Epiſcopos nouos, centum, & quinquaginta.

Atqui par fuit ſolicitudo eius circa mores, & vitam eorum, qui in clauſtris degebant: corripuit enim, quos deſciſcere animadaertit à profeſsione illa inſtituti ſeuerioris; & reipſa in Synodo Abbatem Sancti Pauli, Vrbis Romanæ, Ordinis Sancti Benedicti, exuit poteſtate, ratus obeſſe grauius eos, qui præſunt, ſi de-

Digitized by Google

ſi dediſcant ſanctiorem ordinis ſui diſciplinam.

Alioquin patronus magnus fuit religioſorum Ordinum, præſertim Sancti Dominici, ac Sancti Franciſci; ex quibus multum præſidij hauriebat pro Eccleſiæ regimine: atque adeò in ſpem huius adiumenti, fuit etiam nouorum Ordinum Pater: nam approbauit, confirmauitque Auctoritate Apoſtolica Congregationem Cœleſtinorum: atque eorum inſuper, qui Serui Virginis Deiparæ nominantur.

Quædam alia, quæ Lugduni acta ſunt in Synodo referuntur.

Cap. XVI.

ETIAM Abagam Regem Tartarorum, tum datis ad eum litteris paræneticis, tum inſuper miſsis viris religioſiſsimis, Gregorius Pontifex ad ſigna pertraxerat noſtræ Religionis. Oratores ideo eiuſdem Regis ad Synodum venerunt, vt Orthodoxæ fidei oracula ex fonte haurirent, ſummoque eius Præſidi Sacramentum dicerent.

Inducti ſunt in Vrbem obuijs Cardinalium aſſeclis, & Pontifex ad Synodum retulit, de Regis eorum ſtudio, & propenſione erga Chriſtiana ſacra. Vnum verò ex Oratoribus, & ſocios duos ritè inſtructos, Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis initiauit ibi lauacro ſalutari: & his Pontifex indumenta dedit ex purpura dibapha pretioſa, more Latinorum.

Promulgata ſunt præterea diplomata varia, pro cenſura morum, & priſca, tum Cleri, tum plebis diſciplina. Conſtitutus eſt Legatus à latere in Regno Galliæ Simon Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Ceciliæ, qui decimas ibi exigeret, & Regi Philippo repræſentaret; quandoquidem is traijcere in Syriam cum copijs propediem meditabatur. Quemadmodum paulò poſt, Lauſanæ dum hærebat, decimas ad ſexennium Carolo Regi Siciliæ, ac eius primogenito, Principi Salernitano, ſed ea lege addixit, vt alteruter eorum, in Palæſtinam exercitum traduceret.

Ceterum pro delectu, vt exiret numeroſior, ex Theſauro Eccleſiæ, vbique indulgentias piaculares dilargitus eſt pro ijs; qui ſagum Crucis teſſera inſignirent, miſitque qui ad ſigna huius

ſacræ

Digitized by Google

ſacræ militiæ populos, eorumque Principes excitarent. In Hiſpaniam quidem, in Galliam, in Germaniam; in Britanniam, in Pannoniam, in Græciam, ad Sarmatas, & ad Cimbros præſides Prouinciarum Ordinis Sancti Dominici: in Italiæ verò ditiones, eiuſque Regna Præſides Prouinciarum Ordinis Sancti Franciſci: atque adeò eos commonefecit, vt ſerere conſilia pacis inter Chriſtianos Dynaſtas adniterentur: quo ita inuicem fœderati acuerent gladios, ac vexilla explicarent, inferrentque, aduerſus communes hoſtes tum Ethnicos, tum Sectarios; ex quibus exorti ea ætate quidam famoſi, vocabulo Flagellátium, fuerant, quantocius extirpandi, vti aiebat, ne valeſceret ſenſim prauus ipſorum error.

Porrò Sacra hæc Synodus ſucceſsit prorſus ex ſententia Gregorij Pontificis: niſi quòd deceſsit in ea ſpectatæ vir Sanctimoniæ Cardinalis Bonauentura, Epiſcopus Albanenſis, cui Synodus parentauit; habitaque eſt oratio funebris, ab eo deſumpto luctu; *Doleo ſuper te frater mi Ionatha.*

2. Reg. 1. Vt autem tum ipſi Bonauenturæ, tum etiam Thomæ Aquinati, magnis, ſed extinctis Eccleſiæ luminibus, citius in Cęlo quies, ac lux eſſet, pro his, & quibuſcunque alijs, qui occaſione Concilij obierant, Pontifex in toto Orbe Chriſtiano indixit ſacrum funebre, ac iuſta exequiarum. Ea fuit commiſeratione, erga dulciſsimos collegas, quos exciuerat è ſedibus ſuis, ſtudio publicæ vtilitatis.

Alioquin peracta Synodus eſt ſanſtis acclamationibus, & Patribus data eſt abeundi venia: moratus tamen Lugduni eſt Gregorius Pontifex vſque ad Maium anni proximi MCCLXXV. atque abiuit demum, Ciuitati bene precatus; cumque in via eſſet allocutus, vt dixi, Alphonſum Regem Belcairi, vbi æſtatem exegit, & Lauſanæ Rodulphum Cæſarem; Gallia peragrata, ſuperatiſque Alpibus, in conſpectu Italiæ rurſus fuit.

Ita

Italiam repetit, atq; Aretij in Hetruria moritur cum illuſtri opinione ſanctitatis.

Cap. XVII.

AVTVMNVS erat menſe Nouembri, cum Gregorius Pontifex Mediolani primum, ac dein Placentiæ in patria fuit, flexitque in Hetruriam, reuerſurus in Vrbem, niſi ei Cœlum interea patuiſſet.

Declinare Florentiam ſtatuerat, quam obſtringi adhuc ſciebat interdicti pœna, ſed prohibitus eſt effuſo Arni alueo, debuitque intrare Ciuitatem, atque vti opportunitate pontis, vt via Aretina progrederetur. Florentini omnes fuere obuij velut obliti eius iuſtæ ſeueritatis, adeò illos permouit Gregorij veneratio, & quia rogauerunt, vt ore, manuque bene ipſis precaretur; annuit, ac vultum legis mitigauit, paternæ intuitu charitatis. Quia tamen manſit nihilominus eadem pertinacia, neceſſe habuit infligere rurſus eandem pœnam: Aretij vero hæſit, vt ſedaret in Hetruria factionum ſimultates, quibus ea prouincia ſupra modum exagitabatur.

Cum ecce oblangueſcere ibi cępit, ac morbo ingraueſcente ibi deficere, ideoque inſtare ſibi vitæ exitum animaduertens, Cardinales eſt adhortatus, vt quæ fuerant conſtituta in Synodo ſumma maturitate conſiliorum, ea exequerentur etiam fide ſumma.

Poſtea munitus Sacramentis, ſe componere, ac fingere viſus eſt, nō ad mortis quidem, ſed ad ſoporis potius placidam quietem; nullaque vultus deprauatione; immò tranquilla fronte, atque oculis ſerenis Crucem intuens, quam inter manus habebat, & exoſculans in ea ſubinde iconem Crucifixi, cuius pedes lacrymis rigabat, poſtquam enunciaſſet Salutationem Angelicam, Virgini Deiparæ in hora mortis ſupplex, expirauit IV. idus Ianuarij IV. feria, anno ſalutis milleſimo, ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, cum eſſet annorum circiter ſex & ſexaginta: ſediſſet vero in Pontificatu annis, & menſibus quatuor, & diebus decem.

Quot-

Digitized by Google

Quotquot aderant mœrorem propemodum non ſenſerunt, niſi propter iacturam grauem Eccleſiæ: nam fuit omnibus certa perſuaſio, ipſum immigraſſe ſtatim ad ſedes Piorum: & confluere ad funus non Aretini Ciues modo, ſed ex finitimis oppidis, ac pagis innumeri cœperunt; vt opem diuinam experirentur ex eius imploratione.

Perquam honorificè ſepultus eſt in Baſilica Sancti Donati Martyris, iuxtà Epiſcopi ędes, quas reddidit obitu ſuo ſacratiores: & ternis amplius ſæculis perſeuerauit corpus eius abſque corruptionis tabe, efflauitque ſuauiſſimi odoris fragrantiam.

Affirmant ſcriptores grauiſsimi, diuinos honores ei decreuiſſe Innocentium V. qui proximè illi ſucceſsit, & quo vtique ſedente, non Aretij duntaxat in adfixa publicè tabella: ſed Romæ in Vaticano Codice hæc verba rata fuerunt.

In nomine Domini amen. Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, indictione quarta, Innocentio V. Papa reſidente, infraſcripta ſunt miracula, quæ Dominus Ieſus Chriſtus fecit, meritis Beati Gregorij X. P*apæ in perſonis infraſcriptis, quæ ſe cum reuerentia obtulerunt Beato Gregorio ſupradicto.*

Sed enim quia Placentini, anno milleſimo, treceteſimo, vigeſimo ſecũdo, & Aretini anno eius ſæculi quadrageſimo quinto, Sedi Apoſtolicæ ſupplices fuerunt, pro Gregorij X. Apotheoſi ritè inſtituenda, quæ etiam petitio renouata eſt poſtmodum Iulio III. Gregorio XV. & Vrbano VIII. Summis Pontificibus, interpretor equidem, oraculo ſuo priuato tantummodo Inuocentium V. annuiſſe, vt Gregorio X. eſſet veneratio: & idcirco iam Romam, Leodium, Placentiam, Aretium, religioſiſſimas Ciuitates, etſi ſunt ſolicitæ admodum de illius gloria, expectare à ſancta Sede, inſtituendam pro aris ſolemni ritu illius inaugurationem.

Haud tamen propterea inficias iuerim, aut ſiluerim hoc loco, ex priuata pietate Placentinorum, & Aretinorum, atque ex peregrinorum frequentia, Gregorium X. ſemper obtinuiſſe cultus, venerationiſque argumenta omnia.

Spectantur tum Placentiæ, tum Aretij imagines eius vetuſtiſſimæ diademate, & cum ſplendorum aureola. Et Aretij peculiariter Gulielmus Vberrinus Epiſcopus marmoream tabulam, opus Ioannis Piſani ſculptoris, propoſuit in ſacra æde primaria, in qua videas, loco quidem pręcipuo, expreſſam Virginem Dei- Anno 1286.
param, ſed inter ſanctum Gregorium Papam, & ſanctum Do-

natum

natum Martyrem. Ne ſit vero anceps interpretatio, figura Gregorij, manum codicem præſert ita inſcriptum. *Gregorius Papa Decimus*.

Ad hæc Nicolaus Aretinus, perinde ſculptor, ſtatuas duas, Sancti Gregorij Papæ, nempe Decimi, & Sancti Donati Martyris, altitudine trium cubitorum, dedicauit in æde ſacra Deiparæ Virginis à miſericordia; quæ etiam duo ſimulacra, procurata ære publico fuerunt. Anno 1383.

Quin immò maior Aretij Baſilica extructa, denuò Sancto Pontifici Gregorio Decimo conſecrata eſt, tanquam Patrono Vrbis, ac Diuo tutelari, ac vel ab eo tempore, hoc eſt à ternis omnino ſeculis, notantur in libris rationum, cereorum libræ centenæ, ac centenæ, offerendæ à magiſtratu ad aram ipſo eius anniuerſario die, nimirum ex preſcripto Senatus. Plebi etiam iniunctum ab Antiſtite fuit, vt ceſſet eo die ab operibus negotioſis. Anno 1327.

Vt profectò mirum non ſit, aliquot Sanctorum Ephemerides typis excuſas, de illo meminiſſe, quaſi eſſet iam in Diuos tranſcriptus. Aretini Romano martyrologio, quarto idus Ianuarias, hec adſcripſerunt. *Depoſitio corporis Beatiſſimi Gregorij Papæ Decimi, de nobili Genere Vicecomitum, de Placentia, qui cum eſſet Archidiaconus Leodienſis, exiſtens in Ciuitate Aconenſi, cum Chriſtianis contra Saracenos, à Cardinalibus in Ciuitate Viterbienſi miraculoſè fuit electus in Papam.*

Perinde in ſacrario Sanctorum Leodienſium, ita fit eius commemoratio 8. Ianuarij *Beatus Gregorius Decimus, Pontifex Maximus, Archidiaconus Leodienſis, Aretij in Hetruria*.

Ad hæc Ioannes Molanus Belga, qui à Cæſare Cardinale Baronio appellatur eruditiſſimus vir, & de Eccleſia Catholica optimè meritus, in Natali Sanctorum Belgij, ad decimum Ianuarij diem, ita de illo ſcripſit. *Apud Aretinam Ciuitatem Tuſciæ, depoſitio corporis Beatiſſimi Gregorij Decimi; anno Domini milleſimo, duценteſimo, ſeptuageſimo ſexto migrauit ad Dominum, & ſepultus eſt in Cathedrali*.

Demum extat codex vetuſtiſsimus Placentię, in conditorio ſcripturarum Eccleſiæ ſancti Antonini Martyris, cum vita eius in pergameno. Præfigitur verò ei titulus. *De vita, morte, & miraculis Sancti Gregorij Papæ Decimi, Placentini, olim huius Eccleſiæ Canonici*. Hanc porrò ei appellationem auguſtam, & plenam venerationis pepererunt virtutes, & miracula etiã, quę diuini-

uinitus, etiam ſtatim ab obitu patrâuit; vt propterea videri poſſit conſentaneum, inſtitutæ narrationi, de vtriſque iam ſeorſim aliqua libare.

Magnitudo Fidei.

Cap. XVIII.

ETSI hactenus in Gregorio Pontifice virtutem ipſam deſcripſimus, cuius vtique templum erat: cognoſcere nihilominus oporteat magis ſingillatim, quædam ſaltem ad inſtructionem noſtram; vt imitemur, quem admiramur.

Peculiariter in quo perfectionis gradu eius fides fuerit, conijcere ſit ex incenſo ſtudio, ſacra ea Palæſtinæ loca recuperandi, in quibus incunabula eiuſdem Fidei noſtrę ex diuino munere olim fuerunt.

Nihil attinet rurſus dicere, quam multa, & ardua ideò ſit molitus, partim dum ageret in re priuata, & partim dum ad clauum Eccleſiæ ſederet. Adijcio dumtaxat, eum ex Synodo Lugdunenſi reducem, etſi ærario exhauſto, tum itinerum expenſis, tum vero militum delectu aliquoties habito; nihilominus Mediolani nummum aureorum ducenta millia, in vſum belli ſacri expoſuiſſe; quæ pecuniæ ſumma, æuo illi haud erat ſanè contemnenda.

Nimirum qui exegerat eius belli Sacramentum à Rodulpho Cæſare, ab Odoardo Britanniæ, à Philippo Galliæ, à Carolo Siciliæ fortiſſimis, & potentiſſimis Regibus, & qui Eccleſiaſtas cõplures, viros religioſiſſimos, in varias Europæ Prouincias deſtinauerat; ratus eorum ſpiritu, & ſono cieri poſſe nationes, vt arma capeſſerent, atque vt Barbaros in Syria profligarent; id ſuiſſe parum exiſtimauit, niſi opem, quam poſſet maximam in id ipſe ſimul conferret.

Adhuc fidem eius eximiam patefaciunt, conatus illi egregij amplificandæ religionis: nempe Orientalis Eccleſiæ reducendæ ad ſinum Eccleſiæ Romanæ, quæ mater eſt, & caput omnium Eccleſiarum; cogendique pro aſſerenda Cleri diſciplina, Synodum

dum

dum eam Oecumenicam, de qua Pius V. Pontifex ſanctiſſimus pronunciauit meritò; vix aliam celebriorem, aut etiam vtiliorem noſtris recentioribus ſæculis initam fuiſſe; quæ vtique tam breui tempore, hoc eſt, menſium trium interuallo dumtaxat, tot capita rerum maximarum complexa ſit; & ſane omnia cum primis idonea Fidei ſtabiliendæ, ac propagandæ.

His accedit incenſus ardor, quo hæreticos inſectatus eſt; & quo repreſſit Iudæorum perfidiam, etiam edita graui ſanctione, tum vt ex Iudæis illos compeſceret, qui Chriſtianis ſacris imbuti in priſtinam relabebantur impietatem; tum ex Chriſtianis nonnullos perſtringeret, qui ad illorum ſigna deſertores Fidei transfugerent.

Ergà icones ſacras tanta fuit religione, vt conſtitutione alia ab iniuria omni eas vindicauerit, inhibens abuſum quendam ſacrilegum, qui alicubi ſenſim inoleuerat, humi videlicet eas occultandi, inter vrticas, dumos, ac ſteriles frutices, neſcias, maiore impietate, an amentia. Quinimmò ea veneratione haberi voluit imagines aliquas ſacratiores, vt Sanctiſſimos Chriſti Domini vultus, impreſſos in peplo Veronicæ, qui Romæ ſunt in Sancti Petri Baſilica Vaticana, oſtendi, atque exponi vetuerit, niſi veniam ipſe litteris Pontificijs daret. Nec aliter eos Romæ ſpectauit fœmina Princeps, ex illuſtri proſapia, quæ venerat pietatis ergo ad Sanctorum Apoſtolorum limina.

Perindè addictiſſimus fuit cultui Sanctorum, quibus aras, têplaque dedicauit; & ſi qui vixerant ſanctimonia cumulatiore, ſolicitus erat, vt honores ſupremi eis quamprimum decernerentur.

Nempe Ludouicus IX. Rex inſigniter pius, vix fuerat ad cœli regnum translatus, cum ipſe ſtatim in Pontificatu iniunxit Gaufrido, qui eidem Regi fuerat à ſacris confeſſionibus, referret quantociùs de eius virtutibus, & ſanctiſſimis moribus: idque poſtea impenſius commendauit Simoni, Presbytero Cardinali, Tituli Sanctæ Cecillæ; quando eum conſtituit Legatum Regni Galliarum: cui Regno Sanctus Ludouicus rara felicitatè præfuerat, ſimul dominatione, ſimul Sanctitate.

Cæterũ munia ipſa Tẽpli obiuit ſemper Greg. Pontifex, vt sũma pietate, ac veneratione, ita etiã pari Eccleſiaſtica maieſtate. Sacros Eccleſiarũ Antiſtites, vt plurimum ipſemet inunxit, atq; inaugurauit, quippe Sacerdos maximus, & Religioſorũ Ordines mira charitate cõplexus eſt, fuerantq; ei magno vſui exortæ non

Digitized by Google

ita pridem familiæ duæ Religioſiſſimæ, Sancti Domiuici, ac Sancti Franciſci: habebat enim viros delectos, qui propagarent Fidem, & qui pro Chriſto, vbi opus foret, legatione fungerentur.

Firma in Deum Spes.

Cap. XIX.

VELIFICATVRVS inter ſirtes, & ſcopuſos vitæ huius, potuiſſet metuere fœdas tempeſtates, aut naufragia etiam, Gregorius Pontifex: niſi ſolitus fuiſſet petere ex anchora ſpei ſuam firmitatem. Hac nimirum fretus, tot longinqua itinera ſuſcepit, vt Regna componeret, vt religioni prodeſſet.

In Africam cogitauit, ſi ſuperſtes fuiſſet Sanctus Ludouicus; & mox Brunduſio reipſa in Palæſtinam ſoluit, vt ibi afflictas Chriſtianorum opes quoquomodo erigeret, eaſque vnà cum Odoardo Principe Britanniæ tutaretur, aduerſus Saracenos, atque aduerſus Aegypti Tyrannum.

Verùm iſta, & id genus multa omiſerim libens; modò vnum commemorem, ex quo æſtimare liceat Gregorij ſpem erga Deum, ſanè perquam eximiam. Quòd videlicet is, qui formidauerat Eccleſiam Placentinam, hoc eſt cymbam, vt minorem, ita ſecuriorem, tutioremque, quando recuſauit Patriæ ſuæ Antiſtes eſſe: nihilominus Eccleſiam Romanam, hoc eſt nauem Diui Petri, ſine exemplo maximam, non detractauerit; etſi tot procellis obnoxiam, & tot ventorum flabris, in qua vtique vehitur, & velificatur totius Orbis Chriſtiani ſalus.

Nimirum ipſa Summi Pontificis dignitas, & poteſtas, circumſcripta etiam ab ijs infortunijs, quibus interea temporis premebatur, admitti à Sapientibus niſi inuitis non deberet: cum poſſit oneri eſſe quoque humeris Cæleſtium: phaleris quidem honoris tegitur, & opum faſcino, ſed in ea periculum aditur, tanto præſentius, quantò apparet pretioſiùs: vt verbo dicam, ſolicitudo eſt omnium Eccleſiarum, quàm animæ magnæ ſæpius reformidarunt.

Quanto magis poterat formidini eſſe, dum fatiſceret propemodum Italia vniuerſa, odijs factionum, nec malo ſuo tamen

reme-

remedium optaret; dum aſpirabant ad imperium duo, neuter Germanus. Diſſidentibus Septemuirum ſuffragijs, & dum ideo metuebantur bella inteſtina, incertumque reddebatur; vtra eſſet cenſenda maior calamitas; à malo Principe, qualis fuerat Federicus Cæſar, an vero à nullo Principe tunc Germaniam gubernari. Denique dum in Eccleſia Romana interregnum pœnè triennio fuerat; veluti diffuſa eſſet diſcordia ex Gehennæ cauernis, antriſque; vt eo liberiùs, quò diutius noceret.

Attamen Gregorius Pontifex conſenſum dedit, ratus piaculum fore, ſi abnueret, aut cunctaretur; ne Chriſtianam Rempublicam diutiùs, ſuo deſtitui capite pateretur. Idcircò equidem duco, heroicæ cuidam ſpei adſcribendum, quod aſſumpſerit honorem vocatus à Deo, tanquam Aaron; vtique ſperans futurum, vt adeſſet, & opitularetur Chriſtus aſsiſtens Pontifex futurorum. Hinc vel in adulta hyeme ſtatim commiſit ſe mari; ac deinceps pauidus nunquam; ſemperque animo infracto, in arduis, & difficillimis negotijs fuit.

Charitas eius.

Cap. XX.

PERSPECTA Gregorio Pontifici, vel à primis vitæ eius exordijs, Dei ſumma bonitas, amorem illius omnē illicò ad ſe pertraxit, ita vt nihil iam tum diligeret, niſi Deum ipſum, eiuſque cultum, & Religionem, cui ſe totum ideò à pueris vnicè addixerat. Propterea Cleri ſanctiſsimis inſtitutis voluit ſtatim imbui, ſuamque innocentiam illibatam aris, ac templis dedicauit.

Quando in Paleſtinam profectus eſt; Europæ nuncium remiſerat penitùs, immoriturus in loco, vbi ſteterunt pedes Dei. Et manſiſſet perpetuò, niſi eum reſtitui vſibus publicis interfuiſſet boni communis, Chriſtiani Orbis vniuerſi. Seceſſum, ſolitudinemque, in ſacra ea regione, ſi foret pax, elegiſſet, quaſi alter Hieronymus, vt ſuperis, ac Deo frueretur cumulatius. Quia verò ea vita huius conſilia nequiuerat ipſe capeſſere, ac ſequi, ſuaſit illa ſemper alijs, quoties opportunitas foret.

Ideò ſtatim atque in Pontificatu fuit, litteris datis ad Margaritam Reginam, viduam ex obitu Sancti Ludouici, eam induxit

Digitized by Google

xit, vt ſpretis magnæ fortunæ illecebris, & commodis, Numini ſe conſecraret, intra Cœnobij Parthenij ſepta: & illa mox in clauſtrum recepit ſe, quod extruxerat ſacris Virginibus Diuæ Claræ; vt ſui ſanctiſſimi coniugis perfectionem imitaretur.

Eius dein effuſa in alios charitas, tam fuit numeris omnibus abſoluta, vt prodeſſe cunctis ex æquo adniteretur, æmulareturque in hac parte etiam Deum, qui quoniam charitas eſt, Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.

Si charitatis fructus præcipuus pax eſſe perhibetur; Gregorius Pontifex, verè ille Sacerdos Magnus fuit, qui tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Longum ſit nomina dumtaxat eorum recenſere; quos inuicem conciliauit. Nempe ad concordiam, & pacem induxit, in Italia quidem cum Venetis Genuenſes, Bononienſes, Anconitanos: inter ſe verò Florentinos, Aretinos, Peruſinos, Placentinos, & Canonicos Rauennæ, ſuffragijs diſſidentes in noui Antiſtitis comitijs; abolita duorum electione, ac ſuffecto ijs viro perinſigni, ex religioſa Sancti Dominici familia.

Foris autem, perinde Lugduni, Canonicos cum Antiſtite, lite oborta circa iuriſdictionem; & in Gallia item Henricum Regẽ Nauarræ, cum Anthero Presbytero Cardinali, Tituli Sãctæ Praxedis; Cleroque Eccleſiæ Trecenſis. Archipræſulem, & Clerum Prouinciæ Narbonenſis, cum Archipræſule Toletano; & Metenſem Epiſcopum, cum Duce Lotharingo, & cum Comite Barrenſi.

In Hiſpania Archiepiſcopum Toletanum, cum Archiepiſcopo Tarraconenſi. In Luſitania Regem cum Præſulibus Regni. Per oræ Septentrionariæ Proincias, Aloyſium Ducem Bauariæ, cũ Henrico eius fratre; Henricum Regem Daciæ, Reginamque Margaritam eius coniugem, cum Lundenſi Archiepiſcopo, cum Epiſcopo Roſchildenſi, & cum optimatibus Regni. Regem Bohemiæ cum Rege Pannoniæ: Regem Noruegiæ, cum Nidronienſi Archipræſule. Odoardum Regem magnæ Britanniæ, cũ Edmundo eius fratre germano. Rodulphum Cæſarem, cum Rege Bohemiæ; atque iterum cum Philippo Sabaudiæ, ac Burgundiæ Comite (Ne autẽ pars vlla Orbis excluderetur à beneficentia eius) Palæologum alterum Cæſarem Orientalis Imperij, cum Carolo Siciliæ Rege.

Ad hæc liberalitate paterna, ac beneficentia plusquam Regia

fuit

fuit erga inopes, non Romanæ Ciuitatis modo, ſed Vrbium aliarum etiam. Ita cum ei marchas argenti mille deberent Piſani; præcepit quadrifariam Piſis eam pecuniæ ſummam diſtribui; & partem vnam ægris in Xenodochio aſſignari: cædere partem aliam pro dote, in puellas nubiles: tertiam partem obtineri ab ijs, qui egerent, nati honeſto loco, & qui erubeſcerent mendicare, inutiliter verecundi: denique ſummam reliquam haberi ab ijs, qui palam in triuijs ſine lare, & tecto, ſtipem quęritant.

Sed peculiariter Romæ aucta eſt, Gregorio Pontifice, annona pauperum. Xenodochijs Lateranenſi in monte Cælio, & Sancti Antonij in Exquilijs, priuilegia conceſſit, & nouos prouentus. Primus conſtituit in palatio Pontificio, ordinarium Præſidem piarum largitionum, quæ quotannis ſatis liberali manu diſtribuuntur, & huic muneri præfecit religioſum quendam Laicum, Ordinis Sancti Dominici, nomine Ioannem; virum probrum, ac fidum, quem in Italiam duxerat ſecum è Tranſalpinis oris.

Quin immò egenorum notã deſcripſerat, in aduerſarijs ſuis, quò eos ipſemet certiùs iuuaret. Menſam inſuper pauperum in Palatio inſtrui quotidie mandauit, ſed arceri ab ea tamen voluit ventres pigros, atque homines otioſos; ne ijs, qui ſunt verè inopes, eiuſmodi præſidio fraudarentur.

At familiæ ſuæ præfuit ipſe, vt Pater: ſi qui oblangueſcerent, inuiſebat ſtatim; aſſidebat verò & corporis curationi, atque animæ ſaluti mira ſollicitudine, demum ipſe etiam miniſtrabat Sacramenta, & funus comitabatur: minime ducens inferius Pontificia maieſtate, quidquid fieret ex præſcripto charitatis.

Vt mirum non ſit, Lugduni eum interfuiſſe, dum iuſta exequiarum perſoluerentur Diuo Bonauenturæ Cardinali; cuius iacturam grauem indoluerat vehementer, & pro cuius, aliorumque ſuffragio, qui deſiderati fuerant, occaſione Concilij, indixerat piacularia ſacra. Vt hæc verò ſacra pro ſe, conſanguineiſque ſuis, ac pro Chriſtianis omnibus vita functis ritè ad aram offerrentur, inſtituit legata pia, Leodij, Placentiæ, atque Aretij: & hic ſingillatim perhibetur, pro ſacræ ædis primariæ ſtructura dediſſe aureorum tricenamillia; quò ita ſuperſtes vitæ eius charitas eſſet, ac videretur ipſe fines ætatis prætergredi benefaciendo.

Pru-

Digitized by Google

Prudentia Gregorij X.

Cap. XXI.

CVm hæc ſit magiſtra vitæ, culmen regnorum; præcellens, ac ſumma virtus, ſi eam imbuant conſilia cęleſtia, ac repurgent à cupiditatibus, ac ſimulationibus; quæ alioquin nimis frequenter illam inquinant, maximè idonea eſt ad regimen ſacri Eccleſiæ Principatus.

Prudentiam verò ijs inſignem characteribus, inprimis profitebatur Gregorius Pontifex, ſolitus coaſpernari, vti prauas artes, figmenta, & eos dolos, quibus animus tegitur, & quibus mens, dum locutio aſſerit, mentitur.

Quoniam in Pontificatu grandia moliri, ac decernere propoſuerat, nempe ad vnum ouile Orientis Eccleſiam inuitare, atque pertrahere: Imperio adimere interregnum; ac ſacris Cardinalium Comitijs præſcribere auſteriores, ſed tamen conſentaneas leges: ideo Oecumenicam Synodum coegit; vt eſſent plurimi, qui mentis lumen conferrent, & conſilia meditata in eam rem ſubminiſtrarent, quamquam prudentiſsimè omnia per ſe direxit, quemadmodum narraui, dum ea ſeorſim paulò altius referebam.

Non fuit autem eius poſtrema laus, tum ad munia publica, tum ad dignitates, optimos eligere. Ad Synodum vocauit Sanctum Bonauenturam; Sanctum Thomam; Albertum Magnum, inter ſapientiæ ſacræ Antiſtites prima, & præcipua illius æui nomina: & ad S. R. E. purpuram, memorabili delectu, euexit quinque, ita profectò eximios; vt ex ijs vnus fuerit in Diuos relatus, & Summi Pontifices euaſerint duo: alij duo excelluerint fama doctrinæ, aut Sanctimoniæ.

Porrò hi fuerunt Petrus Tarantaſienſis, Ordinis Sancti Dominici, ex Archiepiſcopo Lugdunenſi Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, poſtea Innocentius V. Ioannes Petrus Vlyſsiponenſis, ex Archiepiſcopo Bracarenſi deſignato, Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, poſtea Ioannes XX. Sanctus Bonauentura Generalis Præſes Ordinis Sancti Franciſci, ex Epiſcopo Eboracenſi deſignato, Cardinalis Epiſcopus Albanus; Bertrandus, natione Gallus, ex Archiepiſcopo Arelatenſi. Cardinalis Epiſcopus Sabinus,

Digitized by Google

binus, & Vicedominus de Vicedominis, ex Archiepiſcopo Aquenſi,& Italiæ Legato, Cardinalis Epiſcopus Præneſtinus.

Hic erat quidem ex Gregorij Pontificis ſorore natus, non tamen ex huius conſanguinitatis commendatione, verùm ex ſola virtutis præſtantia, in ſacrum Senatũ eſt cooptatus. Quippe ſummus iure conſultus; & qui, cum annis octo Aquis Sextijs in Gallia Narbonenſi fuiſſet Archiptæſul, ſimul à Gregorio Auunculo, ſimul ab Auguſtis Patribus, condecoratus fuerat Legatione Italica; vt quaſi fecialis, ſeù internuncius pacis, perturbatam odijs factionum Italiam pacaret.

Id deinde, quia ſimul erat innocentiſsimis, ac ſanctiſsimis moribus, cum permiſſione, atque conſenſu Gregorij auunculi ſui, aſperam, ſed animæ delicijs ſuauem vitæ rationem amplexatus eſt, in religioſa familia Sancti Franciſci.

Etſi verò haud mihi eſt ſatis compertum; poſuerit, an retinuerit dignitatem, quæ ſacra eſt, ac plena venerationis: conſtat ſaltem abdicationem animo factam, raro vtique exemplo, vt poſteri ſcirent, Dei cauſa, poſſe deſeri cum laude, ſupremos etiam Eccleſiæ honores; qui alioquin, neque poſſint, neque debeant contemni; cum eiuſdem Eccleſiæ auguſtam præſeferant ſanctimoniam, & maieſtatem.

Hic vero inſinuauerim, minime inductum Gregorium Pontificem carnis, aut ſanguinis perſuaſione, vt agnatum ſuum in eo gradu honoris collocaret: ideò enim diplomata, pro eius Legatione ſignata, de conſanguinitate nunquam meminerunt, ſed prorſus virtuti dediſſe purpuræ decus, inſtar præmij, quæ virtus, ſi ita excellat in agnatis, enimuero fermè piaculum videatur, in optimatum delectu eos præterire.

Ceterùm, quia Gregorius Pontifex, ad augendum, atque amplificandum purpuræ Romanæ ſplendorem, viros peruenari ſolitus erat; in quibus ingentia eſſent merita: fortaſſe haud ego aberrem, ſi affirmauerim, de Diuo Thoma Aquinate promouendo eum pariter cogitaſſe, quem doctrina, ſanctimoniaque Diuo Bonauenturæ parem ſciebat: & quia morte immatura ſublatus eſt; fortaſſe ideò Theobaldo Fori Appij, ſeu Foſſæ nouæ, quam vocant, Antiſtiti, Ordinis Ciſtercienſis, in cuius ille obierat cœnobio, vt eſſet quaſi ex Legato hæres, Cardinalatus cauſiam contuliſſe.

Digitized by Google

De Iuſtitia.

Cap. XXII.

CVM Iuſtitiæ vindex ſit Romanus Pontifex, & cum procurationis eius inprimis eſſe debeat Oraculum illud: *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*, Gregorius Decimus, poſtquam Rodulpho Cæſari, à Rege Alphonſo reddi nomen, & inſignia Imperij voluerat, exegit ab eo viciſſim, vt Deo quæ ſunt Dei redderet.

Nempe vt more ſuperiorum Principum diadema Romæ à Pontifice Romano peteret; & vt Deo in Palæſtina cum exercitu militaret, adniteretur que, ſanctam eam regionem ſubtrahere Barbarorum dominationi.

Ab altero Cæſare Orientalis Imperij, ab Andronico eius filio, & Græcis Patribus expoſtulauit præterea, vt ſuam Spiritui Sancto rurſus tribuerent diuinitatem, faterenturque inſuper Eccleſiæ Romanæ primatum.

A Rege Siciliæ Carolo, & à Iacobo Rege Aragonum, iuſsit conſueta tributa pendi: Admonuit Alphonſum, Regem Luſitaniæ, vt reſtitueret patrimonia, quæ vſurpauerat, Eccleſiarum quatuor, Bracarenſis, Conimbricenſis, Viſenſis, ac Lamacenſis; ſecùs iniunxit Cœnobiarchis Vlyſſiponæ, Ordinum Sancti Dominici, ac Sancti Franciſci, vt diris eum peræque, ac Regnum deuouerent.

Dionyſio, alteri Luſitaniæ Regi, dum ex Concilio redux, Belcarij erat, diem dixit, ac cenſuras interminatus eſt; niſi vectigalia exſolueret, debita Eccleſiæ Romanæ iure perantiquo, & niſi ab iniurijs Clero inferendis ceſsaret.

Abſterruit Carolum Regem Siciliæ, ne iura inuaderet Eccleſiæ Beneuentanæ; atque adeò ei tempus præfiniuit; ne cunctaretur perſoluere cēſum annuū pro collato ei Regno Parthenopæo.

A Rege Galliarum Philippo recuperauit Venetinam ditionē, quam Eccleſiæ Romanæ ademerat iniuſtè, & teſtamenti tabulis Regi tranſcripſerat, Alphonſus Comes Pictauiæ, Patruus eius.

Henrico Regi Nauarræ inhibuit, ne ſui iuris faceret ſacerdotia, & latifundia Eccleſiæ Sancti Vrbani, quam in Trecenſi Vrbe fundauerat Vrbanus IV.

Ab Odoardo Rege magnæ Britanniæ obtinuit, vt fratri germano

Digitized by Google

mano Comiti Edmundo, ſineret obuenire decimas, quas in illius Regno imperauerat, ex Apoſtolicæ Sedis munificentia: Regique inſuper iniunxit; vt ſuæ coronationis celebritatem inſtitueret, aut citiùs, aut ſeriùs, non autem ſicut deliberauerat, tēpore, quo indicta Synodus Lugduni erat, ne tum abeſſe cogerentur Antiſtites Regni.

Vgonem Regem Cypri, in ius vocauit ad Apoſtolicæ Sedis Tribunal; donec decerneretur; ad illūne ſpectaret Hieroſolymitanum Imperium, an potiùs ad Mariam, Proneptem Iſabellæ Reginæ.

Stephano Regi Pannoniæ, perſuaſit tandem finem Bohemici belli; Regem verò Bohemiæ Ottocarum redarguit vtique auſum prouocare ab Apoſtolicæ Sedis ſententia, circà Imperium Rodulphi Auſpurgenſis.

Henricum Regem Daciæ, & Reginam eius coniugem Margaritam, haud æquo animo ferentes, imperari decimas pro ſacri belli expeditione; ac prohibentes eas exigi, aut erogari, metu ſcilicet, ne Regnum exhauriretur; atque adeò iubentes, vt faceſſerent Epiſcopi ex ſedibus ſuis: quoniam ij, ex cœtu piorum amboſ ſepoſuerant, non prius in gratiam recepit Gregorius Pontifex, quàm reparata iniuria Eccleſiaſticæ immunitati.

Magnum perindè Regem Noruegiæ, auſum vectigalia peræque à Clero, atque à Laicis exigere, non induxit modò, vt deinceps libertati Eccleſiaſticæ nihil inferret detrimēti, ſed edixit fore, vt ſtatim caderet Regno, ſi pacta infringeret; atque vt penès Archiepiſcopum Nidroſienſem, alioſque Metropolis eius Antiſtites, eſſet ſucceſſoris electio.

Compeſcuit auaritiam, violentiamque Ducis Lotharingi, & Comitis Barrenſis, qui vſurpauerant bona Eccleſiæ Metenſis, eiuſque inſuper Epiſcopum, vinctum attinuerant; aſſerta huius liberatione: atque adeò Ducis Brabantiæ, qui damna ſatis grauia inferens, finitimæ ditioni Eccleſiæ Leodienſis, peculiariter Pagum, ad Sancti Trudonis, ſumma licentia diripuerat.

Quæ vniuerſa proſequi me ſtrictim oportuit, vt eſſet iuſtæ molis huius capitis narratio: fuiſſet alioquin, quod in ſingulis hiſtoria prolixius expenderet, ac poſteritas miraretur. Qui autem ad trutinam æquitatis, adegit indiſcriminatim Imperatores etiam, ac Reges; multò magis continuit in officio eos, qui populis pro tribunali iura dicunt.

Nempe cauit, ne cauſæ forenſes eſſent æternæ, neuè Iuriſcon-

Digitized by Google

ſulti patrocinarentur clientibus; quando eis Iuſtitia minimè poterat ſuffragari. Cauſſidicis prætereà præſcripſit ſtipendia certa, ne inopes plus iuſto emungerent. Denique munera,quæ peruertunt ſæpenumero Iudicum ſubſellia, & eorum animos excæcant, penitùs interdixit.

Fortitudo eius.

Cap. XXIII.

VIDEATVR Gregorius Pontifex è ſolio ſuæ Pontificiæ dignitatis enunciaſſe baſilicam eam paraneſim, *Et nunc Reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram: apprehendite diſciplinam; ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*. Adeò enim nullius potentiam formidauit,vt Cæſarem ipſum, vt Reges facilè tres, ac denos, veritus non ſit,officij admonere, ac ſiquidem opus foret, perſtringere diris etiam.

Fuit verò ſemper iuſsis eius metus,& reuerētia: neque quod iubebatur,vlli detrectarunt;quia præcepto æquitas ſemper,præcipienti inerat innocentia, & ſanctitas: quæ duo efficaciſsima ſunt,vt ſuadeant cuiuis ſubiectionem,& obedientiam. Prænarraui multa; quæ ſimul Iuſtitia,ſimul Fortitudo aggredi, atque vnà exequi debuerunt, & nihilominus ſuppetunt alia, quæ breuiſſimè iam adijciam.

Iacobus Aragonū Rex, vel in ſenio trahens libidinibus marcidam animam, nobili viro ademerat coniugem,eaque dudum abutebatur. Commoneſecit illum ſeriò Gregorius Pontifex; ſed contempſit. Quare Archiepiſcopo Tarraconenſi, & Dertonenſi Epiſcopo iniunxit; præfinirent Regi dies non amplius octo;& niſi eo interuallo adulteram dimitteret, fulmine cenſurarum eum ferirent, ac ſacris interdicerent Ciuitates illas Regni, in quas idem Rex, ſe ſuamque incontinentiam tsansferret.

Pari fortitudine Valdemarum Regem Gotorum, coopertum enormibus flagitiis, contemptorem verò maximum auctoritatis Pontificiæ, ac ſacrilegum violatorem Eccleſiaſticæ immunitatis,per Legatos è Regni ſolio ſubmouit, ac Ledelaum magnū,

ſeu

Digitized by Google

ſeu Ladislaum fratrem eius germanum, prudentia, æquitate, probitate eximium, ei ſubrogauit.

Ad hæc in ipſomet ſacro Cardinalium Senatu, ſuæ ſimul æquitatis, ſimul fortitudinis exemplum ſtatuit, & purpura exuit Riccardum Annibaldenſem, Patritium Romanum, & Cardinalem Diaconum, Tituli Sancti Angeli; etſi vnus is fuerat, è ſex viris, qui ad Pontificatum ex Syria eum appellauerant.

Fortitudo eius etiam enituit, quando ferè inuitis Auguſtis Patribus nouam legem, de ordinandis, atque arctandis eorum comitijs, condidit; adeo parum gratiæ ſeruiuit. Quæcunque autem corrigi oportuit, ea non prætermiſit, neque diſſimulauit, tam in Clero, quam in Populis.

Ad hæc, incommoda, & diſcrimina itinerum, vel in ætate graui, & cum valetudine improſpera, ſemper alacritate ſumma ſuſcepit, & ſuperauit. Solem videatur propemodum æmulari voluiſſe, vt luce rerum geſtarum, ita viarum, & anfractuum, per Ortum, & Occaſum, ferè dixerim immenſitate: quò nimirum fieret, vt nunc Aſiam, nunc Europam fortitudine ſua tegeret, ac tueretur.

Temperantia eius.

Cap. XXIV.

A TENERIS annis, & ſemper deinceps, perſeuerauit Gregorius Pontifex corpore nitido, ac moribus intaminatis: crediturque flos Virginitatis, nullo amoris veſani æſtu in eo exaruiſſe, aut fuiſſe vnquam labefactatus. Vt mirum non ſit, ternis amplius ſæculis, ſacras exuuias eius in ſepulchro tabem non ſenſiſſe; ſed miſiſſe fragrantiam etiam, etſi erant medicatæ ſolo puritatis balſamo.

Cum autem ſciret, caſtitatis lac quodammodo abſtinentiam eſſe, eaque ſaginari animam; tametſi fortaſſe corpus interdum ea extenuatur: parco, ac parabili cibo, potuque ſemper vſus eſt; nec niſi ſemel quotidie conſueuit menſæ accumbere, quam lectione ſacra ſemper condiri iubebat. Hæc verò ita menti pabulum erat, vt famem ſola expleret, & neſciret ſæpenumero Gregorius poſt refectionē, quidnā adpoſuiſſet in ea domeſticus obſonator.

Quin

Quin immo ſuaderi alijs quoque parſimoniam ciborum peroptauit, iniunxitque ideò Cardinali, Tituli Sanctæ Cæciliæ, Legato in Gallijs, vt adhortaretur Eccleſiaſticos viros; menſæ ſubtraherent delicias, & expenſarum compendia, in ſtipendia conuerterent belli ſacri.

Sed non ex illis Gregorius fuit, qui ſobrio quidem ore, vaſto autem animo inhiant opibus, honoribuſque: etenim dum licuit abſque metu piaculi; vel in Patria, recuſauit dignitates; cui tamen debetur charitas, & in qua nolle primum eſſe, rara enimuerò eſt, & ſumma moderatio. Immò, vt dixi, recuſaſſet etiam Pontificatum, niſi religioni duxiſſet, Eccleſiæ Romanæ prorogare diuturnam illam, quam patiebatur, orbitatem: quod ipſe de ſe affirmauit, in litteris ad Palęologum, & ad Patriarcham Hieroſolymitanum.

Diuitiarum deinde adeò non fuit appetens, vt ſibi, atque aſſeclis ſuis munera interdixerit. Quocirca fruſtrà eum pertentauit in hac parte Ottocarus Rex Bohemiæ; cum Oratores ad ipſum deſtinauit, inſtructos opimis, & regijs donis; ſi quo modo auaritia lenocinante, potuiſſet à Pontifice Imperium, neglecto, aut poſthabito Rodulpho Auſpurgenſi, nundinari.

Honorem denique, qui quando eximius eſt, ac ſupremus, degenerare poteſt facilè in ſuperbiam, & faſtum; niſi virtus eum regat; obtinuit ſemper in Principatu ea modeſtia animi, vt qui maieſtate cunctis præerat, videretur omnibus ſubeſſe, Chriſtianâ humilitate.

Idcircò deſcendere ſolitus eſt, nō ad Patris modo, ſed ad vernæ potiùs munia; quando æger quiſpiā in familia erat: & prætereà quod ſingulare in eo fuit, pedes aliquot pauperū manū ſuâ quotidie proluere, illoſq; inſuper epulo reficere. Quam conſuetudinem abijciendi ſe ad pedes aliorum, nunquam intermiſit; etſi erat mundi caput, videratque aliquoties pedibus ſuis imprimere oſcula, ſupremos Principes, ac Reges.

Cum hoc tamen ab eo ſponte fieret, promerebitur fortaſſe maiorem commendationem; quòd quando erat Leodij Archidiaconus, paſſus ſit æquanimiter ſe pedibus teri, ab Henrico Antiſtite, in publico conſeſſu Canonicorum. Nempe intrauerant viri primarij, & queſti fuerant, ſtuprum illatum ab Epiſcopo puellæ nobili, atque ingenuæ; qua cum, vt ſanguinis, ita etiam dedecoris erat eis propinquitas. Archidiaconus ponè aſſidens, pro ſuæ gradu dignitatis, voluit monitorem agere, atque hominem

Digitized by Google

nem redarguere incontinentiæ. Tum verò ille, impacto pede iniurioſè in pectus Archidiaconi, eum humi protriuit.

Non tulerunt indignitatem illam ij, qui aderant, ſed proruere gladijs diſtrictis, vt vlciſcerentur iniuriam; & profectò Henricum internecioni dediſſent, niſi prohibuiſſet Archidiaconus. vſque adeò permotiones animi ſemper in poteſtate habuit.

Neque verò Henricum Epiſcopum accepit duriùs, quando iam Pontifex erat, iniuriæ ſcilicet memor, aut vindex: immò qui potuiſſet ſtatim virum planè indignum ſubmouere, maluit epiſtola parænetica hortari ad mores honeſtos: ac demum non niſi deſperata emendatione, ad Synodum in ius eum appellauit.

Donum Orationis, & Gratia vaticinandi. Cap. XXV.

SANCTVS Ludouicus Rex Gregorium Decimum, dum adhuc erat Archidiaconus, appellare ſolitus erat *Templum Dei, atque habitaculum Spiritus Sancti*. Et profectò iuxta Oraculum illud Chriſti Domini: nempe *Domus mea, domus Orationis vocabitur*, ita ſemper deditus precandi ſtudio fuit Gregorius Pontifex, vt momenta temporum omnia, quæ ſupererant à curis principatus, tribueret huic ſancto mentis otio: perfuſuſque incredibili voluptate, cum Superis, ac Deo, tranquilliſſimè ageret.

Sæpe autem abalienatus à ſenſibus vſurpare illud Apoſtoli poterat. *Viuo ego, iam non ego, viui; verò in me Chriſtus*: ſed & nonnunquam raptus in ecſtaſim, fęlicisſimè prorſus diuina patiebatur. Illic verò arcanis cæleſtibus patefactis, didicit ſæpenumero, quæ eſſent futura, eaque abſque errore prænunciauit.

Certè Iacobus Philippus de ipſo id affirmauit: nã ait, Cardinales, poſt triennij interregnum, cum diù perquiſiuiſſent ſucceſſorem Clementi IV. parem, tum in cætera vitæ ſanctimonia, tum in poteſtate vaticinandi, Gregorium Decimum ideo elegiſſe; quia ſingulariter à Deo fuerat inſignitus ea vtraque laude. In ſuis ſupplementis de Clemente IV.

Id perindè teſtatur Reinaldus Rebarius Placentinus, qui à à cubiculis ei in Pontificatu fuit, & ſupremum inſuper eius Oeconomum egit. Etenim in marmore ſepulchrali, quod adhuc Romæ ſupereſt, intrà Baſilicam Lateranenſem, iuxtà Sancti Venantij

naantij

nantij aram; narrat ſe antemonitum à Gregorio Hero ſuo, de vitæ ſumma quam ſibi Deus præfiniuerat, & iuxtà Oraculum eius ſe omninò vixiſſe.

In hiſtoria Chieraſco.

Sed videtur cum primis notabile id, quod Franciſcus Voërtius Carmelita, & ſcriptores alij tradunt; videlicet Gregorium Decimum, omni ope contendiſſe, vt Auſtriaca Domus in familiæ Principe Rodulpho Auſpurgenſi, ad Sacri Romani Imperij faſtigium eueheretur, poſtquam defierant Cæſares ex ſtirpe Sueuorum; quia obtutu diuino præuiderat, proſapiam Auſtriacorum, fore ingens propugnaculum Fidei, Eccleſiæque, aduerſus Sectarios omnes, tam prauitatis Hæreticæ, quam Mahometanæ perfidiæ.

Cum quo eius voto ſimul, & vaticinio, euenta enimuerò hactenus feliciſſimè congruerunt; cum numeret iam tres, ac denos Cœſares domus Auſtriaca, in quà veluti lares fixit, & perennat quodammodo ſacra Imperij maieſtas. Omnes verò propugnarunt cõſtantiſſimè Religionem Orthodoxam, atque eam etiam propagarunt: idque egerunt peræque Hiſpaniarum potentiſſimi Reges, ex hac eadem ſtirpe Auſtriacorum.

Lombardellius in vita.

Vt alia ommittam: nempe Beatum Francum, & Beatum Ambroſium Sanſedonium, vel ſola inſpectione, agnitos fuiſſe à Gregorio Pontifice, viros cultioris probitatis, & raræ ſanctimoniæ, habitoſque ideò in æſtimatione præcipua. Coronidis loco vnum hoc adijciam; ex conſortio ſermonis Dei; nempè in oratione, fuiſſe Gregorio Pontifici, ſicut olim Moyſi, ſpeciem humana celſiorem, digni oremque.

Vt dixerit non immeritò Antiſtes Mutinæ Seilingardus, referens ipſius, & Romanæ Curiæ profectionem, ad Synodum in Gallias; *Gregorij Decimi ſummi Pontificis ea fuit ſacroſancta Maieſtas, qua nihil maius, nihil auguſtius reperiebatur.*

In Catalogo Epiſcoporum Mutinenſium.

Expetitus ideò Cardinalium votis, quando eum deuocarunt ex Palæſtina; rogatus eſt, vt adueniret citò, quaſi aliquis de Cælo: nam ita ad eum ſcripſerunt. *Feſtinate vos veſtros videre fratres, & filios, & conſolari corda gementium, quibus in viſione veſtri vultus Angelici, quamprimum dabitur vidiſſe delicias Paradiſi.*

Mira-

Digitized by Google

Miracula. Cap. XXVI.

QVONIAM viuida ſunt Sanctorum funera, ſicut vicit eorum cælo recepta mens: cœpit, ſtatim atque obierat, Gregorius Decimus miraculis coruſcare, eorumque illicò etiam percrebuit fama.

Præfixa ſepulchro eius membrana eſt, dum adhuc erat ſuperſtes Innocentius V. qui ſucceſſit Gregorio, & ſedit duntaxat menſibus quinque: cum autem percenſeat ſingillatim miracula nonnulla, quæ mox referam, vtpotè diſcuſſa, & probata in Sacro Rotæ Romanæ conſeſſu, hanc in calce appendicem habet. *Notum ſit omnibus videntibus, ſeu legentibus iſtam chartam, quòd multa alia miracula, per merita prædicti Sanctiſſimi Patris Gregorij Decimi, fecit* Dominus, *quæ longum eſſet enarrare. Et quia non poteſt hæc breuis charta multa eius miracula continere, ideò quicunque eius miracula ad plenum noſſe deſiderat, ad Sacriſtam huius Eccleſiæ vadat, qui ſibi plenos codices miraculorum, prædicti Beatiſsimi Papæ Gregorij, libenter oſtendet.*

Cenſus verò fuerit multò numeroſior eorum, quæ ternis amplius ſæculis obuenerunt deinceps, ex illius imploratione; ſi tot, & tam mira, ſolo menſium quinque interuallo, ibi contigerunt.

Referuntur in ea membrana nominatim, exagitatæ à prauis Genijs mulieres ſex: eæ vero ſunt Lomandina Gherardutij Florentini vxor, annis quinque, ac vicenis. Imeldina Vénturæ Braumantis coniux Aretina, etiam ipſa ſatis diù. Iſamberga vxor Ioannis à Caſtro Bibianæ, annis amplius denis. Druda vxor Amici, ab annis biſſenis; Viuella eius neptis ab annis quinque, & Bonaſia vxor Galgani, ab annis triginta: quæ omnes aduolutæ ſepulchro eius, ac voto nuncupato, ſunt expertæ virtutem humana maiorem: & à vexatione illa immunes illicò, ad lares ſuos remearunt.

Bonaſiæ inſuper, ægritudinem deterſit perindè, annorum triginta, cui alioquin perſanandæ adhibita inutiliter fuerant omnia Medicorum ſubſidia.

Adalerta mulier, natione Germana, lumine oculorum orbata annis octo: & Bona Donati Aretini Coniux, ab anno cæca, & cæcus perinde ab anno Ioannes Curio Pagi, compotes lucis, ac diei, rurſus fuerunt ex contactu monumenti eius.

Digitized by Google

Prudentia Gregorij X.

Cap. XXI.

CVm hæc ſit magiſtra vitæ, culmen regnorum; prçcellens, ac ſumma virtus, ſi eam imbuant conſilia cçleſtia, ac repurgent à cupiditatibus, ac ſimulationibus; quæ alioquin nimis frequenter illam inquinant, maximè idonea eſt ad regimen ſacri Eccleſiæ Principatus.

Prudentiam verò ijs inſignem characteribus, inprimis profitebatur Gregorius Pontifex, ſolitus coaſpernari, vti prauas artes, figmenta, & eos dolos, quibus animus tegitur, & quibus mens, dum locutio afferit, mentitur.

Quoniam in Pontificatu grandia moliri, ac decernere propoſuerat, nempe ad vnum ouile Orientis Eccleſiam inuitare, atque pertrahere: Imperio adimere interregnum; ac ſacris Cardinalium Comitijs præſcribere auſteriores, ſed tamen conſentaneas leges: ideo Oecumenicam Synodum coegit; vt eſſent plurimi, qui mentis lumen conferrent, & conſilia meditata in eam rem ſubminiſtrarent, quamquam prudentiſsimè omnia per ſe direxit, quemadmodum narraui, dum ea ſeorſim paulò altius referebam.

Non fuit autem eius poſtrema laus, tum ad munia publica, tum ad dignitates, optimos eligere. Ad Synodum vocauit Sanctum Bonauenturam; Sanctum Thomam; Albertum Magnum, inter ſapientiæ ſacræ Antiſtites prima, & præcipua illius æui nomina: & ad S. R. E. purpuram, memorabili delectu, euexit quinque, ita profectò eximios; vt ex ijs vnus fuerit in Diuos relatus, & Summi Pontifices euaſerint duo: alij duo excelluerint fama doctrinæ, aut Sanctimoniæ.

Porrò hi fuerunt Petrus Tarantaſienſis, Ordinis Sancti Dominici, ex Archiepiſcopo Lugdunenſi Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, poſtea Innocentius V. Ioannes Petrus Vlyſsiponenſis, ex Archiepiſcopo Bracarenſi deſignato, Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, poſtea Ioannes XX. Sanctus Bonauentura Generalis Præſes Ordinis Sancti Franciſci, ex Epiſcopo Eboracenſi deſignato, Cardinalis Epiſcopus Albanus; Bertrandus, natione Gallus, ex Archiepiſcopo Arelatenſi, Cardinalis Epiſcopus Sabinus,

Digitized by Google

binus, & Vicedominus de Vicedominis, ex Archiepiſcopo Aquenſi,& Italiæ Legato, Cardinalis Epiſcopus Prænestinus.

Hic erat quidem ex Gregorij Pontificis ſorore natus, non tamen ex huius conſanguinitatis commendatione, verùm ex ſola virtutis præſtantia,in ſacrum Senatū eſt cooptatus. Quippe ſummus iure conſultus; & qui,cum annis octo Aquis Sextijs in Gallia Narbonenſi fuiſſet Archiptæſul,ſimul à Gregorio Auunculo, ſimul ab Auguſtis Patribus,condecoratus fuerat Legatione Italica;vt quaſi fecialis, ſeù internuncius pacis,perturbatam odijs factionum Italiam pacaret.

Id deinde; quia ſimul erat innocentiſsimis, ac ſanctiſsimis moribus, cum permiſſione, atque conſenſu Gregorij auunculi ſui,aſperam, ſed animæ delicijs ſuauem vitæ rationem amplexatus eſt,in religioſa familia Sancti Franciſci.

Etſi verò haud mihi eſt ſatis compertum; poſuerit, an retinuerit dignitatem,quæ ſacra eſt, ac plena venerationis: conſtat ſaltem abdicationem animo factam,raro vtique exemplo,vt poſteri ſcirent, Dei cauſa, poſſe deſeri cum laude,ſupremos etiam Eccleſiæ honores; qui alioquin, neque poſſint, neque debeant contemni: cum eiuſdem Eccleſiæ auguſtam præſeferant ſanctimoniam, & maieſtatem.

Hic vero inſinuauerim, minime inductum Gregorium Pontificem carnis, aut ſanguinis perſuaſione,vt agnatum ſuum in eo gradu honoris collocaret: ideò enim diplomata, pro eius Legatione ſignata, de conſanguinitate nunquam meminerunt, ſed prorſus virtuti dediſſe purpuræ decus, inſtar præmij, quæ virtus, ſi ita excellat in agnatis, enimuero fermè piaculum videatur, in optimatum delectu eos præterire.

Ceterùm,quia Gregorius Pontifex,ad augendum, atque amplificandum purpuræ Romanæ ſplendorem, viros peruenari ſolitus erat; in quibus ingentia eſſent merita: fortaſſe haud ego aberrem, ſi affirmauerim, de Diuo Thoma Aquinate promouendo eum pariter cogitaſſe, quem doctrina, ſanctimoniaque Diuo Bonauenturæ parem ſciebat: & quia morte immatura ſublatus eſt; fortaſſe ideò Theobaldo Fori Appij, ſeu Foſſæ nouæ, quam vocant,Antiſtiti,Ordinis Ciſtercienſis, in cuius ille obierat cœnobio, vt eſſet qnaſi ex Legato hæres, Cardinalatus cauſiam contuliſſe.

De Iuſtitia.

Cap. XXII.

CVM Iuſtitiæ vindex ſit Romanus Pontifex, & cum procurationis eius inprimis eſſe debeat Oraculum illud: *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt* Dei, *Deo*, Gregorius Decimus, poſtquam Rodulpho Cæſari, à Rege Alphonſo reddi nomen, & inſignia Imperij voluerat, exegit ab eo viciſſim, vt Deo quæ ſunt Dei redderet.

Nempe vt more ſuperiorum Principum diadema Romæ à Pontifice Romano peteret; & vt Deo in Palæſtina cum exercitu militaret, adniteretur que, ſanctam eam regionem ſubtrahere Barbarorum dominationi.

Ab altero Cæſare Orientalis Imperij, ab Andronico eius filio, & Græcis Patribus expoſtulauit præterea, vt ſuam Spiritui Sancto rurſus tribuerent diuinitatem, faterenturque inſuper Eccleſiæ Romanæ primatum.

A Rege Siciliæ Carolo, & à Iacobo Rege Aragonum, iuſsit conſueta tributa pendi. Admonuit Alphonſum, Regem Luſitaniæ, vt reſtitueret patrimonia, quæ vſurpauerat, Eccleſiarum quatuor, Bracarenſis, Conimbricenſis, Viſenſis, ac Lamacenſis; ſecùs iniunxit Cœnobiarchis Vlyſſiponæ, Ordinum Sancti Dominici, ac Sancti Franciſci, vt diris eum peræque, ac Regnum deuouerent.

Dionyſio, alteri Luſitaniæ Regi, dum ex Concilio redux, Belcarij erat, diem dixit, ac cenſuras interminatus eſt; niſi vectigalia exſolueret, debita Eccleſiæ Romanæ iure perantiquo, & niſi ab iniurijs Clero inferendis ceſsaret.

Abſterruit Carolum Regem Siciliæ, ne iura inuaderet Eccleſiæ Beneuentanæ; atque adeò ei tempus præfiniuit; ne cunctaretur perſoluere cēſum annuū pro collato ei Regno Parthenopæo.

A Rege Galliarum Philippo recuperauit Venetinam ditionē, quam Eccleſiæ Romanæ ademerat iniuſtè, & teſtamenti tabulis Regi tranſcripſerat, Alphonſus Comes Pictauiæ, Patruus eius.

Henrico Regi Nauarræ inhibuit, ne ſui iuris faceret ſacerdotia, & latifundia Eccleſiæ Sancti Vrbani, quam in Trecenſi Vrbe fundauerat Vrbanus IV.

Ab Odoardo Rege magnæ Britanniæ obtinuit, vt fratri germano

mano Comiti Edmundo, ſineret obuenire decimas, quas in illius Regno imperauerat, ex Apoſtolicæ Sedis munificentia: Regique inſuper iniunxit; vt ſuæ coronationis celebritatem inſtitueret, aut citiùs, aut ſeriùs, non autem ſicut deliberauerat, tẽpore, quo indicta Synodus Lugduni erat, ne tum abeſſe cogerentur Antiſtites Regni.

Vgonem Regem Cypri, in ius vocauit ad Apoſtolicæ Sedis Tribunal; donec decerneretur; ad illũne ſpectaret Hieroſolymitanum Imperium, an potiùs ad Mariam, Proneptem Iſabellæ Reginæ.

Stephano Regi Pannoniæ, perſuaſit tandem finem Bohemici belli; Regem verò Bohemiæ Ottocarum redarguit vtique auſum prouocare ab Apoſtolicæ Sedis ſententia, circà Imperium Rodulphi Auſpurgenſis.

Henricum Regem Daciæ, & Reginam eius coniugem Margaritam, haud æquo animo ferentes, imperari decimas pro ſacri belli expeditione; ac prohibentes eas exigi, aut erogari, metu ſcilicet, ne Regnum exhauriretur; atque adeò iubentes, vt faceſſerent Epiſcopi ex ſedibus ſuis; quoniam ij, ex cœtu piorum amboſ ſepoſuerant, non prius in gratiam recepit Gregorius Pontifex, quàm reparata iniuria Eccleſiaſticæ immunitati.

Magnum perindè Regem Noruegiæ, auſum vectigalia peræque à Clero, atque à Laicis exigere, non indux[illegible]odò, vt deinceps libertati Eccleſiaſticæ nihil inferret detrimẽti, ſed edixit fore, vt ſtatim caderet Regno, ſi pacta infringeret; atque vt penès Archiepiſcopum Nidroſienſem, alioſque Metropolis eius Antiſtites, eſſet ſucceſſoris electio.

Compeſcuit auaritiam, violentiamque Ducis Lotharingi, & Comitis Barrenſis, qui vſurpauerant bona Eccleſiæ Metenſis, eiuſque inſuper Epiſcopum, vinctum attinuerant; aſſerta huius liberatione: atque adeò Ducis Brabantiæ, qui damna ſatis grauia inferens, finitimæ ditioni Eccleſiæ Leodienſis, peculiariter Pagum, ad Sancti Trudonis, ſumma licentia diripuerat.

Quæ vniuerſa proſequi me ſtrictim oportuit, vt eſſet iuſtæ molis huius capitis narratio: fuiſſet alioquin, quod in ſingulis hiſtoria prolixius expenderet, ac poſteritas miraretur. Qui autem ad trutinam æquitatis, adegit indiſcriminatim Imperatores etiam, ac Reges; multò magis continuit in officio eos, qui populis pro tribunali iura dicunt.

Nempe cauit, ne cauſæ forenſes eſſent æternæ, neuè Iuriſcon-

 ſulti

Digitized by Google

ſulti patrocinarentur clientibus; quando eis Iuſtitia minimè poterat ſuffragari. Cauſſidicis præterea præſcripſit ſtipendia certa, ne inopes plus iuſto emungerent. Denique munera, quæ peruertunt ſæpenumero Iudicum ſubſellia, & eorum animos excantant, penitùs interdixit.

Fortitudo eius.

Cap. XXIII.

VIDEATVR Gregorius Pontifex è ſolio ſuæ Pontificiæ dignitatis enunciaſſe baſilicam eam paraneſim, *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: apprehendite diſciplinam; ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*. Adeò enim nullius potentiam formidauit, vt Cæſarem ipſum, vt Reges facilè tres, ac denos, veritus non ſit, officij admonere, ac ſiquidem opus foret, perſtringere diris etiam.

Fuit verò ſemper iuſsis eius metus, & reuerētia: neque quod iubebatur, vlli detrectarunt; quia præcepto æquitas ſemper, præcipienti inerat innocentia, & ſanctitas: quæ duo efficaciſsima ſunt, vt ſuadeant cuiuis ſubiectionem, & obedientiam. Prænarraui multa; quæ ſimul Iuſtitia, ſimul Fortitudo aggredi, atque vnà exequi debuerunt, & nihilominus ſuppetunt alia, quæ breuiſſimè iam adijciam.

Iacobus Aragonū Rex, vel in ſenio trahens libidinibus marcidam animam, nobili viro ademerat coniugem, eaque dudum abutebatur. Commoneſecit illum ſeriò Gregorius Pontifex; ſed contempſit. Quare Archiepiſcopo Tarraconenſi, & Dertonenſi Epiſcopo iniunxit; præfinirent Regi dies non amplius octo; & niſi eo interuallo adulteram dimitteret, fulmine cenſurarum eum ferirent, ac ſacris interdicerent Ciuitates illas Regni, in quas idem Rex, ſe ſuamque incontinentiam tsansferret.

Pari fortitudine Valdemarum Regem Gotorum, coopertum enormibus flagitiis, contemptorem verò maximum auctoritatis Pontificiæ, ac ſacrilegum violatorem Eccleſiaſticæ immunitatis, per Legatos è Regni ſolio ſubmouit, ac Ledelaum magnū,

ſeu

ſeu Ladiſlaum fratrem eius germanum, prudentia, æquitate, probitate eximium, ei ſubrogauit.

Ad hæc in ipſomet ſacro Cardinalium Senatu, ſuæ ſimul æquitatis, ſimul fortitudinis exemplum ſtatuit, & purpura exuit Riccardum Annibaldenſem, Patritium Romanum, & Cardinalem Diaconum, Tituli Sancti Angeli; etſi vnus is fuerat, è ſex viris, qui ad Pontificatum ex Syria eum appellauerant.

Fortitudo eius etiam enituit, quando ferè inuitis Auguſtis Patribus nouam legem, de ordinandis, atque arctandis eorum comitijs, condidit; adeo parum gratiæ ſeruiuit. Quæcunque autem corrigi oportuit, ea non prætermiſit, neque diſſimulauit, tam in Clero, quàm in Populis.

Ad hæc, incommoda, & diſcrimina itinerum, vel in ætate graui, & cum valetudine improſpera, ſemper alacritate ſumma ſuſcepit, & ſuperauit. Solem videatur propemodum æmulari voluiſſe, vt luce rerum geſtarum, ita viarum, & anfractuum, per Ortum, & Occaſum, ferè dixerim immenſitate: quò nimirum fieret, vt nunc Aſiam, nunc Europam fortitudine ſua tegeret, ac tueretur.

Temperantia eius.

Cap. XXIV.

A TENERIS annis, & ſemper deinceps, perſeuerauit Gregorius Pontifex corpore nitido, ac moribus intaminatis: crediturque flos Virginitatis, nullo amoris veſani æſtu in eo exaruiſſe, aut fuiſſe vnquam labefactatus. Vt mirum non ſit, ternis amplius ſæculis, ſacras exuuias eius in ſepulchro tabem non ſenſiſſe; ſed miſiſſe fragrantiam etiam, etſi erant medicatæ ſolo puritatis balſamo.

Cum autem ſciret, caſtitatis lac quodammodo abſtinentiam eſſe, eaque ſaginari animam; tametſi fortaſſe corpus interdum ea extenuatur: parco, ac parabili cibo, potuque ſemper vſus eſt; nec niſi ſemel qnotidie conſueuit menſæ accumbere, quam lectione ſacra ſemper condiri iubebat. Hæc verò ita menti pabulum erat, vt famem ſola expleret, & neſciret ſæpenumero Gregorius poſt refectionē, quidnā adpoſuiſſet in ea domeſticus obſonator.

Quin

Quin immo ſuaderi alijs quoque parſimoniam ciborum peroptauit, iniunxitque ideò Cardinali, Tituli Sanctæ Cæciliæ, Legato in Gallijs, vt adhortaretur Eccleſiaſticos viros; menſæ ſubtraherent delitias,& expenſarum compendia,in ſtipendia conuerterent belli ſacri.

Sed non ex illis Gregorius fuit, qui ſobrio quidem ore, vaſto autem animo inhiant opibus, honoribuſque: etenim dum licuit abſque metu piaculi; vel in Patria, recuſauit dignitates; cui tamen debetur charitas, & in qua nolle primum eſſe, rara enimuerò eſt, & ſumma moderatio. Immò,vt dixi, recuſaſſet etiam Pontificatum, niſi religioni duxiſſet, Eccleſiæ Romanæ prorogare diuturnam illam,quam patiebatur, orbitatem: quod ipſe de ſè affirmauit,in litteris ad Palęologum,& ad Patriarcham Hieroſolymitanum.

Diuitiarum deinde adeò non fuit appetens, vt ſibi, atque aſſeclis ſuis munera interdixerit. Quocirca früſtrà eum pertentauit in hac parte Ottocarus Rex Bohemiæ; cum Oratores ad ipſum deſtinauit, inſtructos opimis,& regijs donis;ſi quo modo auaritia lenocinante, potuiſſet à Pontifice Imperium, neglecto, aut poſthabito Rodulpho Auſpurgenſi,nundinari.

Honorem denique, qui quandoeximius eſt,ac ſupremus, degenerare poteſt facilè in ſuperbiam,& faſtum;niſi virtus eum regat; obtinuit ſemper in Principatu ea modeſtia animi, vt qui maieſtate cunctis præerat, videretur omnibus ſubeſſe, Chriſtianà humilitate.

Idcircò deſcendere ſolitus eſt,nõ ad Patris modo,ſed ad vernæ potiùs munia; quando æger quiſpiã in familia erat: & præterea quod ſingulare in eo fuit,pedes aliquot pauperũ manù ſuà quotidie proluere, illoſq; inſuper epulo reficere. Quam conſuetudinem abijciendi ſe ad pedes aliorum, nunquam intermiſit; etſi erat mundi caput, videratque aliquoties pedibus ſuis imprimere oſcula, ſupremos Principes, ac Reges.

Cum hoc tamen ab eo ſponte fieret, promerebitur fortaſſe maiorem commendationem; quòd quando erat Leodij Archidiaconus, paſſus ſit æquanimiter ſe pedibus teri, ab Henrico Antiſtite, in publico conſeſſu Canonicorum. Nempe intrauerant viri primarij,& queſti fuerant,ſtuprum illatum ab Epiſcopo puellæ nobili, atque ingenuæ; qua cum, vt ſanguinis, ita etiam dedecoris erat eis propinquitas. Archidiaconus ponè aſſidens, pro ſuæ gradu dignitatis, voluit monitorem agere, atque hominem

Digitized by Google

nem redarguere incontinentiæ. Tum verò ille, impacto pede iniurioſè in pectus Archidiaconi, eum humi protriuit.

Non tulerunt indignitatem illam ij, qui aderant, ſed proruere gladijs diſtrictis, vt vlciſcerentur iniuriam; & profectò Henricum internecioni dediſſent, niſi prohibuiſſet Archidiaconus. vſque adeò permotiones animi ſemper in poteſtate habuit.

Neque verò Henricum Epiſcopum accepit duriùs, quando iam Pontifex erat, iniuriæ ſcilicet memor, aut vindex: immò qui potuiſſet ſtatim virum planè indignum ſubmouere, maluit epiſtola parænetica hortari ad mores honeſtos: ac demum non niſi deſperata emendatione, ad Synodum in ius eum appellauit.

Donum Orationis, & Gratia vaticinandi. Cap. XXV.

SANCTVS Ludouicus Rex Gregorium Decimum, dum adhuc erat Archidiaconus, appellare ſolitus erat *Templum Dei, atque habitaculum Spiritus Sancti*. Et profectò iuxta Oraculum illud Chriſti Domini: nempe *Domus mea, domus Orationis vocabitur*, ita ſemper deditus precandi ſtudio fuit Gregorius Pontifex, vt momenta temporum omnia, quæ ſupererant à curis principatus, tribueret huic ſancto mentis otio: perfuſuſque incredibili voluptate, cum Superis, ac Deo, tranquilliſſimè ageret.

Sæpe autem abalienatus à ſenſibus vſurpare illud Apoſtoli poterat. *Viuo ego, iam non ego, viui; verò in me Chriſtus*: ſed & nonnunquam raptus in ecſtaſim, fęlicisſimè prorſus diuina patiebatur. Illic verò arcanis cæleſtibus patefactis, didicit ſæpenumero, quæ eſſent futura, eaque abſque errore prænunciauit.

Certè Iacobus Philippus de ipſo id affirmauit: nā ait, Cardinales, poſt triennij interregnum, cum diù perquiſiuiſſent ſucceſſorem Clementi IV. parem, tum in cætera vitæ ſanctimonia, tum in poteſtate vaticinandi, Gregorium Decimum ideo elegiſſe; quia ſingulariter à Deo fuerat inſignitus ea vtraque laude. In ſuis ſupplementis de Clemente IV.

Id perindè teſtatur Reinaldus Rebarius Placentinus, qui à cubiculis ei in Pontificatu fuit, & ſupremum inſuper eius Oeconomum egit. Etenim in marmore ſepulchrali, quod adhuc Romæ ſupereſt, intrà Baſilicam Lateranenſem, iuxtà Sancti Venantij

Digitized by Google

Miracula. Cap. XXVI.

QVONIAM viuida ſunt Sanctorum funera, ſicut vicit eorum cælo recepta mens: cœpit, ſtatim atque obierat, Gregorius Decimus miraculis coruſcare, eorumque illicò etiam percrebuit fama.

Præfixa ſepulchro eius membrana eſt, dum adhuc erat ſuperſtes Innocentius V. qui ſucceſſit Gregorio, & ſedit duntaxat menſibus quinque: cùm autem percenſeat ſingillatim miracula nonnulla, quæ mox referam, vtpotè diſcuſſa, & probata in Sacro Rotæ Romanæ conſeſſu, hanc in calce appendicem habet. *Notum ſit omnibus videntibus, ſeu legentibus iſtam chartam, quòd multa alia miracula, per merita prædicti Sanctiſſimi Patris Gregorij Decimi, fecit* Dominus*, quæ longum eſſet enarrare. Et quia non poteſt hæc breuis charta multa eius miracula continere, ideò quicunque eius miracula ad plenum noſſe deſiderat, ad Sacriſtam huius Eccleſiæ vadat, qui ſibi plenos codices miraculorum; prædicti Beatiſſimi Papæ Gregorij, libenter oſtendet.*

Cenſus verò fuerit multò numeroſior eorum, quæ ternis amplius ſæculis obuenerunt deinceps, ex illius imploratione; ſi tot, & tam mira, ſolo menſium quinque interuallo, ibi contigerunt.

Referuntur in ea membrana nominatim, exàgitatæ à prauis Genijs mulieres ſex: eæ vero ſunt Lomandina Gherardutij Florentini vxor, annis quinque, ac vicenis. Imeldina Veturæ Braumantis coniux Aretina, etiam ipſa ſatis diù. Iſamberga vxor Ioannis à Caſtro Bibianæ, annis amplius denis. Druda vxor Amici, ab annis biſſenis; Viuella eius neptis ab annis quinque, & Bonaſia vxor Galgani, ab annis triginta: quæ omnes aduolutæ ſepulchro eius, ac voto nuncupato, ſunt expertæ virtutem humana maiorem: & à vexatione illa immunes illicò, ad lares ſuos remearunt.

Bonaſiæ inſuper, ægritudinem detersit perindè, annorum triginta, cui alioquin perſanandæ adhibita inutiliter fuerant omnia Medicorum ſubſidia.

Adalerta mulier, natione Germana, lumine oculorum orbata annis octo: & Bona Donati Aretini Coniux, ab anno cæca, & cæcus perinde ab anno Ioannes Curio Pagi, compotes lucis, ac diei, rurſus fuerunt ex contactu monumenti eius.

Digitized by Google

Margarita Ioannis Sauiæ coniux, à natiuitate ſurda pariter, ac muta, ibidem ſupplex, obtinuit ſtatim auditionis, & loquelæ vſum.

Adoleſcens quidam, Benintendæ Benincaſæ filius, æger ad quinquennium, curuo humero euaſerat, & omninò ſilicernius; frontem erigere, ac cælum intueri nequibat. Sepulchrum Gregorij adiuit ſupplex, & ſtatim ore ſublimi, ac ſine ſcipione de integro inceſsit.

Neira Balduini Aretini filia, cum ingredi, membris in prauũ elapſis, & contractis, abſque ope aliorum haud poſſet, perinde ad tumulum Gregorij eſt illicò perſanata.

Vt accenſeam alia, quæ poſt eos quinque menſes videntur obtigiſſe: narranturque item in membrana alia perantiqua. In ergaſtulis conſtricti non pauci, dum Beati Gregorij opem implorant, foribus carceris ſponte patefactis, & effractis compedibus, ſunt indepti libertatem.

Suſpenſus nonnemo, et ſi faucibus iam eliſis, quia Beato Gregorio deuouit ſe, in patibulo eſt ſeruatus, donec illac præterierint, qui reſti execta, illæſum humi ſtatuerent.

In prouecta ætate cuidam ilia defluxerant, extra imum ventrem, & fruſtrà fuerat induſtria omnis humanæ curationis. Remedium fuit Diuus Gregorius, reductis in ſinum ilijs, & cute in priſtinum aſſerta.

Ad Arnum pia mulier, ſecum duxerat puellam ſeptennem, quam gurgite hauſtam, ex inopinato intuens, aliquoties Diuũ Gregorium Decimum perrogauit; vt periclitanti opitularetur. Dum verò reuertebatur mærens, vt puellæ ſubmerſæ infortunium nunciaret parentibus: feſtiua hæc ſuperuenit, madefacta quidem, ſed cetera incolumis, ac domum vna remeauit.

Sacerdos infectus lepra, & arthetica gutta oblangueſcens; beneficio Gregorij Pontificis, ſtatim conualuit poſtquam curationes omnes expertus, ſeſe illi obſtrinxerat, voti religione.

Mulier, quæ ſoluta neruorum compage, in paralyſi iam diù contabuerat, eidem Gregorio ſupplex, repente de integro frui cępit membrorum priſtino, ac libero vſu.

Alia mulier, flexa penitùs, humero extuberante, nec inambulans, niſi baculo innixa, ad eius ſepulchrum voti rea, protinus ſubſidente humero, eſt erecta.

Nonnullos, qui ex apoplexia, trahere anhelitum, ac ſpiritum ducere amplius, haud poterant, exoratus à domaſticis eorum, Diuus Gregorius illicò reſtituit.

Reflexa mulieri tibia ita adhæſerat, vt calcaneus inſertus cuti, non poſſet reuelli, abſque vulnere. Reptauit ad Gregorij Pontificis monumentum, atque explicata è veſtigio tibia, eam reduxit ad lares incolumem.

Quidam conſauciatus in capite ſagitta, cum non poſſet ferrũ erui, doloribuſque maximis ideò excruciaretur, efflagitauit Diui Gregorij auxilium, & cuſpis ferrea de vulnere ſtatim exilijt.

Dolor mammillæ ità mulierem quandam afflixerat, vt noctes vigiles duceret, perpetuò gemebunda: cum ecce aliquando ſemiſomnis, viſa ſibi eſt intueri, virum cæleſti maieſtate, à quo in ſacra Aede Aretina curaretur. Expergiſcitur, atq; eum fore interpretans Seruum Dei Gregorium Decimum, ad vrnam illius primo diluculo adproperat, rogat, ſanatur.

Aeger alius ex febri diutina, cui vitæ anteactæ piacula, praui Dæmones exprobrabãt, aſpectu horribili, vt de ſalutis ſpe amoueretur, adlabi de cęlo Diuum Gregorium vidit, Sole ipſo ſplendidiorem; eius verò præſentiæ luce, ſimul fugati ſunt Rectores tenebrarum, atque adeò febris eſt depulſa.

Alius fuerat annos plures, voce quaſſa, hebetique; ita vt vel ſi conaretur loqui, audiretur à nemine, Diuo Gregorio ſupplicauit; & ſtatim oris plectro vſus eſt expedito, ac ſonoro etiam; vt immolare ſacrificium laudis liberatori ſuo ſtatim, cum omnium admiratione potuerit.

Afflictata fœmina nobilis, iugi capitis, ac manuum tremore, ita vt miniſterio alterius ſemper reficeretur, ſupplex Gregorio Pontifici, ſtatim cæpit dexteram ori ſuo admouere, atque à paralyſi ſoſpes euaſit.

Infantulum in cunis, adrepens coluber, dum aberat genitrix, infecerat veneno. Parens ad puerum reuerſa, & conſpicata turgido eſſe corpuſculo, ita vt iam tabeſcere videretur, exciuit eiulatu vicinas mulieres, ad triſte adeo ſpectaculum. Tum verò hæ ſuaſerunt; Gregorio Pontifici ægrum filiolum deuoueret, ſtatimque liber à viroſa tabe puer detumuit, & ſanus arriſit parenti.

Porrò miracula hæc, ſunt exarata in veteri commentario, qui hoc epilogo clauditur. *Malignis quoque ſpiritibus eſt adeò terribile nomen eius, quòd eo feliciter inuocato, eorum corpora confeſtim coguntur deſerere. Ad tumulum quoque eius, cæcis lumen, claudis greſſus, mutis verbũ, & ſurdis auditus miraculosè redditur.*

Nequis vero putet, referri debere iſthæc ſigna in illius tantum æui fęlicitatem, quod Gregorius Pontifex ſuis Sanctiſſimis moribus, veluti conſecrauit: propitiùs de cęlo fuit etiam deinceps ijs, qui eius perrogarunt opem.

Experta id nuper eſt, nempe anno milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo quinto, Alexandra de Spadarijs, nobilis Aretina, & Antonij de Lappolis coniux, quæ ineunte Martio puerpera, hoc infortunij habuerat, vt ex vulua eius infans tranſuerſus, emitteret brachium duntaxat, eoque ſitu fuerit poſtridie extinctus. Excruciabatur ipſa dolore immenſo, & ſpem vitæ nullam supereſſe pronunciarunt, Medici pariter, atque obſtetrices; nam ea partus figura eniti fœtum puerperæ nequeunt, cum ſit neceſſe, aut intus manum retrudi, aut eam humero tenus perſecari, vt infans capite primum prodeat.

Genitrix ideo comparauit ſe ad pium, & chriſtianum obitũ, Sacramentis extremis munita: & tum frater eius germanus, Sacerdos, & Canonicus Aretinus, qui ei animam agenti aſſederat aliquandiù, recitaueratque preces Eccleſiæ conſuetas, ſucceſſit in proximum conclaue, vt ante ſanctam iconem Crucifixi, Gregorium Pontificem conciliaret ſorori tutelarem, ac Patronum.

Res mira; eo ipſo temporis momento, illa fœtum emortuum ſoſpes effudit, etſi erat defecta viribus; quæ vtique neceſſariæ ſunt in puerperis, vt ſeſe partu exonerent.

Sed enim admiranda id genus patrauit etiã Gregorius Pontifex, dum adhuc viueret, ac ſpiraret: etenim ſuſpexit Lugduni miraculum eius vniuerſa Oecumenica Synodus, cui nec fama potuit, nec fides deeſſe: dum aderant tot, & tam oculati teſtes.

Mulier dum aquam hauriret, prolapſa in gurgitem; qui erat turgido, plenoque aluco, ex imbribus immodicis, iam eo abripiebatur, quando auſpicati periculum nautæ, in cymbas proſiluerunt, vt opem adferrent, ſed in eorum conſpectu mulier illico abſorta eſt vndis.

Spectauerat ex palatio Gregorius, admonitus clamoribus eorum, qui in vtraque ripa circumſteterant, de muliere ſollicitì, & pro illius ſalute prouolutus ingenua, Deum rogauerat, vt *qui Beatum Petrum Apoſtolum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit, & coapoſtolum eius Paulum, tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberauit*, periclitanti mulieri præſtò eſſet. Et tum, præter omnium expectationem, ac ſpem, ex

imo

imo alueò illa emerſit, tam ſecura,& geſtiens etiam; quaſi inter lauacri delicias in thermis fuiſſet.

Regreſſi nautæ ad cymbas ſuas, accurrerunt valido remigio, vt ad ripam reueherent,& illa ſibi adfuiſſe narrauit, in profundo eo gurgite, virum venerandum,ac ſummæ perfectionis, dediſſeque dexteram, vt emergeret; atque vt ad conſpectum cęli rediret.

Quam fuerit de eo ſemper illuſtris opinio. Cap. XXVII.

PERVAGATA fines exterarum etiam nationum, exiſtimatio, & fama Gregorij Decimi, fermè omnium ora reddidit diſerta, vt virtutes eius maximas, & res præclarè ab eo geſtas, conſecrarent poſteritati.

Hinc de eo cum laude meminerunt, editis voluminibus, ſcriptores amplius centum, & ſexaginta; deque Europa, & Aſia optimè meritum, ipſum commendarunt, prouinciarum quarūcunque aliarum, nedum Italiæ, præcipua lumina. Quia tamen iuſtum opus aggrederer, ſi vellem inſerere hoc loco elogia ſingulorum, poterit pro cunctis ſaltem de ipſo interloqui iam Sanctus Antoninus, Florentiæ Archipræſul. *Fuit*, inquit, *vir optimus, & proculdubio Sanctiſſimus, ingentis animi quidem, contra Chriſtiani nominis inimicos; & qui ſacræ recuperationem terræ ſemper meditaretur, ob eamque vnam rem Chriſtianos omnes, poſitis inter ſe contentionibus intendere debere cenſebat. Eadem cauſa ſiebat, vt ſtudia partium, quæ plerique Romani Pontifices antea fouerant, ipſe quidem propellere longè, deteſtarique videretur. Sepultus eſt Aretij, ſumma cum veneratione, multaque circà illius corpus miracula, poſtmodum ſubſecuta, fidem eius ſanctitatis indubiam præbuerunt.* p.3.t.20. c.1.§.1.

Quod ſi attexere lubeat Sancti Bonauenturæ iudicium de eo; verbo complectar omnia. Nempe de Gregorio ſententiam dixit, ex qua, veluti apex virorum æui ſui, dignus habitus eſt, à ſacro Cardinalium Senatu, cui honor Chriſtianæ Hierarchiæ, poſt triennij interregnum deferretur, ſuffragatione nunquam aliàs data, homini præſertim agenti peregrè, atque in re priuata.

Quæ

Digitized by Google

Quæ vero de illo ſpes,& opinio inſediſset iiſdem Auguſtis Patribus, indicarunt litteræ nunciatoriæ aſſumptionis eius ad Pōtificatum, in Palæſtinam tranſmiſsæ, in quibus hæc ſcribebantur. *Ducti credulitate firmiſſima, quòd cum in vobis ab annis teneris, laudabilis conuerſationis, & vitæ refulſerint ornamenta, & honor famæ veſtræ gratiſsimus, hinc indè per loca plurima ſit diffuſus, ille Benedictus in ſæcula, qui vos dignanter in ſuum aſſumpſit Vicarium, & in Chriſtiani populi Paſtorem, ac Dominum gratioſum, de veſtris ſanctis dabit prouenire meritis, quòd in ſtatum proſperum, & iucundum, reſurgat Eccleſia generalis.*

Dein frequentia peregrinorum, ad ſacras eius exuuias, item preces,& vota, vti venerationem eius auxerunt, ita ſanctitatis eius confirmarunt exiſtimationem, & famam; fueruntque ibi aliquando ſupplices, ipſi Summi Pontifices etiam, nempe Leo X. ac Iulius II.

Quamquam multò ante cœpta eſt hæc ſumma eius veneratio: nam Innocentius V. qui ei eſt ſuffectus Aretij, vel dum ibi morabatur, mandauit Clero Aretino, vt in commentarios referret, pro eius futura Apotheoſi, res geſtas, & miracula: pro qua hoc idem præcepit Auenione, poſtmodum Ioannes XXII.

Cum vero diſperierint acta, tum ab Archiepiſcopo Piſano, tum à Mutinenſi Epiſcopo, auctoritate Apoſtolica, in eum finem digeſta; & interim eſſet conſtans multorum perſuaſio, Gregorio Pontifici ritè cultum Sanctorum exhiberi iam vſu perueteri: nempe templo ei dicato, indictaque anniuerſaria eius celebritate, ac cereis Aretij oblatis, quotannis ære publico, atque adeò expoſitis palam cum diademate ſimulacris eius; inductus eſt Claudius Rangonius, Epiſcopus Placentinus, vt
Ann. 1608. Paulo V. ſupplicaret, interprete, internuncioque Roberto Cardinali Bellarmino, quò ipſe daret veniam, vt Placentini etiam officio diuino pariter, ac ſacrificio deinceps, colerent Gregorium Pontificem, Ciuem ſuum.

Sed Pontifex deſiderauit ad ſe prius,& ad ſanctam Sedem, de
Ann. 1622. illius vita,& Sanctimonia referri. Idcirco Gregorio XV. denuo ſupplex libellus oblatus eſt; & decreto Sacræ Congregationis Rituum, iniunctum eſt Ioanni Linato Placentino, atque Antonio Riccio Aretino Epiſcopis, vt in codicem tranſcriberent, quæcunque ab idoneis teſtibus de Gregorio X. enunciarentur.

Hæc eadem, maturitate ſumma, expendens ſacrum Rotæ
Ann 1629. Romanæ Tribunal, ſuffragio ſuo demum Vrbano VIII. ſuaſit,

poſſe

Digitized by Google

poſſe decerni ſacram eius inaugurationem, idemque poſtea ſenſit Sacra Rituum Congregatio. Ann. 1630

Porrò ſupplicarunt Vrbano VIII. pro Apotheoſi Gregorij X. Ferdinandus Cæſar, Ludouicus Rex Galliarum, Philippus Hiſpaniarum Rex, Ferdinandus Archiepiſcopus; atque Elector Colonienſis, Coſmus Magnus Dux Hetruriæ, Odoardus Dux Parmæ, & Placentiæ, Inſignis Clerus Ciuitatis Leodienſis, Placentia Ciuitas, & Ciuitas Aretina.

Nec ijs modo gratiſſimum erit, ipſum in Diuos referri, ſed Re. pub. Venetæ, ac Genuenſi, de quibus perindè optimè meritus fuit, atque adeò Principibus Sabaudiæ, cum quorum Atauis Thoma, & Philippo Comitibus, amicitiam coluerat, vt dubitari non poſſit, quin excipienda ſit omnium admurmuratione ſecundiſſima, ea quæ ſperatur propediem, ſacra Gregorij Decimi Pontificis inauguratio.

Notæ in Cap. I.

HONOFRIVS Panuinus, vbj de Gregorij X. electione agit, & Iacobus Philippus Bergomas, in Chronicorum ſupplemento, cenſuerunt: Vicecomites, Placentinos, ac Mediolanenſes, eſſe ab vna ſtirpe.

Diſcrepant Scriptores tamen, circà eius primigenium ſolū; & alij pullulaſſe initio Mediolani aiunt, ſtirpem Vicecomitum, ac mox aliquot ramalia eius, iuxtà Eridanum ſata eſſe, cœpiſſeque ibidem irrigari, ac ſoboleſcere.

Alij tradunt ad hæc fluenta exortum eorum genus, & Mediolanum eſſe translatam ſobolem, ſeù turbine factionum, ſeù ſpe, auraque dominationis.

Hi verò repetunt altiùs multo eorum originem: nam Vicecomites Mediolanenſes, Franciſco Sanſouino iudice, affirmant haud vltrà milleſimum partæ ſalutis annum prouehere poſſe priſcam ætatem ſuam: ſecus Vicecomites Placentinos haud pluſculo eſſe antiquiores. Lib. de Famil. Illuſtriſ.

Siquidem Philippus Vicecomes Placentinus, fuit apprime celebris, anno partæ ſalutis trecenteſimo, octogeſimo quinto, cōparata illuſtri fama, ex belli armorumque peritia; cum Aemiliæ aliquot præcipuas Vrbes Præfectus militiæ earum, propugnauerit aduerſus Gratianum Imperatorem, & hoc refert Angelus

Bona-

Bonauentura in hiſtoria Parmenſi.

Lib. 1.

Memoratur etiam Noenus Vicecomes, Placentinus, qui Prę-ſes iuſtitiæ fuit, in aliquot Inſubriæ municipijs, imperante Carolo Magno, & anno quidem ſecundo regni eius.

Capo di Aiſi, Caſtellana.

Quocirca ij duo ætatem Mediolanenſium Vicecomitum longè antecedunt. Anno milleſimo deinde floruit Adalbertus Vicecomes Placentinus, Grimerij Parens, cui Grimerio, Epiſcopus Placentiæ Dionyſius, & peræque poſteris, atque hæredibus eius, in quintam duntaxat generationem, contulit Mozzanæ ditionem, ex veteri patrimonio Eccleſiæ Sancti Antonini Martyris, ea lege, vt penſum ei annum penderet, cæteroqui ſatis exiguum.

Sed & alia eius patrimonij prædia cōceſſa fuerunt Petro, Grimerij Germano fratri, illiuſque filijs Vberto, ac Baiamontio, & huius quoque liberis, tanquam beneficiarijs. Extant verò eius rei publicæ tabulæ, vel eo nomine illuſtres, quod conceptæ atque obſignatæ ſint, coram Cardinali Petro Diani: nam hæc verba in finem adſcribuntur. *Hoc totum factum eſt in præſentia, & cum conſenſu, & auctoritate Domini* Petri, *Tituli* Sanctæ *Cæciliæ, Presbyteri Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati, & prædictæ Eccleſiæ Sancti Antonini, Canonici.*

Hiſtor. Mediolanenſis,

Ceterum Vbertus prudentia, & rerum vſu inclytus, Mediolanum rexit, & Bononiam etiam; primoſque gradus dignitatis in patria obtinuit, & Baiamontius Abbas fuit, vir moribus ſanctiſſimis, in cœnobio, cui vocabulum eſt Columba, eumque à ſacris confeſſionibus habuit Sancta Frāca Carentia; atque adeò ex patrimonij ſui opibus, fundauit Parthenium ſodalium Virginum ſacrarum, Ordinis Ciſtercienſis.

At Bartholomæi Bagarotti ſententia, tam alienum, & tam diuerſum conſtituit genus, Vicecomitum Placentiæ ab ijs, quibus obuenit Mediolani Principatus, *quàm differunt*, inquit, *Sol, & Luna*: probatque ex gentis vtriuſque Teſſera gentilitia, atque ex ſtudijs etiam diſsimilium factionum.

Placentiæ adhuc perſtant Gregorij X. atq; auorum eius ædes, prope Sancti Siluestri templum, & palatium Papæ vulgò appellatur.

In hiſtoria originis, & laudis Placentiæ pag. 9.

Finitima huic ædicula eſt Sanctæ Fidei, antiquum familiæ iuspatronatus, quod vocant, habetque hoc vetus programma. *Diuæ Fidei breue ſacellum per Magnificos Vicecomites ex Placentia, à fundamentis dicatum &* .... Atque hæc ſæculis aliquot

euola-

Digitized by Google

euolutis, paſſa damnum ætatis, reparata eſt ab Antonio Maluicino Præpoſito, anno ſalutis milleſimo, quingenteſimo.

Gregorij X. nomen, dum is ageret in re priuata, Theobaldus communiter fuiſſe perhibetur. Thebaldum alij vocarunt, ſed in vetuſtiſſima pergamena, in qua eius vita deſcribitur, & quod extat hodieque, inter conditoria ſcripturarum Eccleſiæ, Sancti Antonini, appellatur Thedaldus.

Hoc enim eſt hiſtoriæ illius exordium: *Fuit adoleſcens Thedaldus nomine, Placentinus natione; nobilis quidem genere, ſed moribus nobilior. Hic quam ex Vicecomitibus Placentinis originem traxerat, vita munditia, & venuſtis moribus decorare dignoſcitur. Hic quem virum eſſet producturus in poſterum, in primæuo ſuæ iuuentutis flore monſtrauit; quia ex tunc ita virtutis inſignæ in eo renituit, vt morum norma, & ſpeculum exiſteret quamplurimis honeſtatis*. Ita verò ſemper exprimitur deinceps eadem Thedaldi nomenclatura.

Notæ in Cap. II.

THEOBALDVS Vicecomes, is Leodij Archidiaconus renunciatus, qui Arduennæ procurationem gereret, in eo celebri ſaltu; oppida, & pagos numero ſatis magno, ita luſtrare ſolitus eſt, vt in vita eius hæc perſcribantur. *Quandiu hominum durabit memoria, ſua probitatis fama nunquam delenda ſit, & eius Sanctitas lucerna inextinguibilis manſura*.

Errant, qui fratrem Iacobum de Pecoraria, ex Abbate Cœnobij Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij, ad Aquas Saluias, extrà Vrbem, Ordinis Ciſtercienſis, Cardinalem Epiſcopum Prænestinum, Ticini natum eſſe ſcribunt: nimirum Placentiæ ortus eſt, ex nobili proſapia, vti carmina hæc teſtantur.

. . . . Placentia gaude
Tali Progenito, qui ſtat pro te ſine fraude
Qui fuit hac primo quondam titulatus in æde
Sed bonitate ſua meliori ſtat modo ſede.

Atque ij verſus etiam, nũc leguntur, exarati in veteri clauſtro Eccleſiæ Sancti Domnini Martyris, quam ille anno ſalutis milleſimo, ducenteſimo, trigeſimo ſexto, in patria ſua conſecrauit, dum in Inſubria eſſet Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſeu pacis publi-

Digitized by Google

cæ fecialis: id verò ſatis indicant, probantque verſus alij, qui antecedunt: nempè

Ex Anton. Maria Cāpo in vita ſanctæ Franchæ.

Hoc Cardinalis Iacobus pro nomine Chriſti
Fecit opus fieri, qui tempore contulit iſti
Auxiliante Deo, quod iam pax alta ligauit,
Temporibus longis diſcordia quam male ſtrauit.

Fuerat primò huius Eccleſiæ Clericus, dein Rauennæ Archidiaconus, ac poſtremò Monachus Claræuallis, priuſquam inter S. R.E. Auguſtos Patres conſcriberetur. Sed Romæ obijt Præfectus Vrbis ab Innocentio IV. dum is Lugduni Oecumenicam Synodum celebraret.

Ferdinandus Vghallus Monachus Ciſtercienſis.

Liber quidem ſepulchralium inſcriptionum refert, humatum corpus eius fuiſſe in Claraualle: atque obijſſe Lugduni, propterea nonnemo ſcribit. Sed corporis eius exuuiæ fortaſſis illuc deportatæ ſunt, quemadmodum pars capitis, ac digiti eius, in Placentiæ ſummam ædem illata, ibique condita ſunt: vti hodieque hoc programma ſatis inſinuare videtur. *Hic requieſcit pars capitis, & digiti Cardinalis Iacobi de Pecoraria, Epiſcopi Praeneſtini.* Sic Lipſana eius diſtributa videantur, partim vbi mundo, partim vbi religioni natus fuerat.

Notæ in Cap. VI.

THEOBALDVM Archidiaconum, fuiſſe conſtitutum in Syria, Sedis Apoſtolicæ Legatum, à Clemente IV. Pontifice, vt Chriſtianos ibi regeret, ac ſolaretur, in expeditione ſacra contra Saracenos, affirmant Tarcagnota in Hiſtoria ſua, Ciccarellius in Vitis Pontificum, Dionyſius, & alij.

Sed Hiſtoria Placentina, Palatij Pontificij Ephemerides, omnes antiqui codices, ac paſſim Scriptores alij, numero ſatis magno, Archidiaconum duntaxat eum nominant: nec vllius dignitatis maioris compos fuiſſe perhibetur: alioquin in Diſticho illo; potuiſſet Cardinalis Portuenſis, ita ſcribere.

Papatus munus, tulit internuncius vnus;
Quem Patrem Patrum fecit diſcordia fratrum.

Deinde ſeries ipſa Hiſtoriæ contradicit: dum vtique recenſet; eum auulſum iam ab Aula Romana, & dum in Gallijs degeret, Brunduſium ſe contuliſſe, vt in Africam ad Sanctum Ludouicum

uicum Regem nauigaret, eoque ſublato conſilium iniuiſſe de peregrinatione in Palæſtinam; non autem eò miſſum ex deſtinatione Romani Pontificis, vt ibi legatione fungeretur.

Notæ in Cap. VII.

INCERTVM eſt, coramne, an abſens Diuus Bonauentura Cardinalibus Auctor fuerit, vt Theobaldum Vicecomitem, poſt tam diuturna fermè vnius triennij comitia, Pontificem renunciarent.

Marcus Vlyſſiponenſis, in Chronicis Sancti Franciſci; *Poſt obitum*, inquit, *Clementis IV. cum in comitijs Cardinales conuenire non poſſent, in noui Pontificis electione: & cum vltrà biennium rem traherent: inducti ſunt fama probitatis Sancti Bonauentura, in eam deliberationem, vt Pontificem eum conſtituerent. quem ille propoſuiſſet. Quocirca datis ad eum abſentem litteris rogarunt, nominaret Chriſti Vicarium, quem libuiſſet, & promiſerunt ſe vtique ſuffragia in eum collaturos, tametſi ſe ipſum ille deſignaſſet. Tum vero Sanctus Bonauentura Theobaldum Archidiaconum Leodienſem nominauit, virum Sanctiſſimum, & quem vnanimi conſenſione Cardinales Pontificem crearunt.* P.2.l.2.c.7

Alij tantùm affirmant, perſuaſione Sancti Bonauenturæ electum Pontificem fuiſſe, Theobaldum Vicecomitem: nec diſtinguunt, aut definiunt; vbi demum eſſet, Viterbij an alibi, quando id Cardinalibus ſuaſit.

In Ciuitate Acri, fuiſſe aiunt, Theobaldum Archidiaconum, quo tempore factus eſt certior aſſumptionis ſuæ ad Pōtificatum: & hoc affirmant antiqui codices: in Ptolemaide alij fuiſſe ſcribunt: Vocabula diſcrepant, fortaſſis eſt eadem Ciuitas, perinde ab aliquibus Sanctus Ludouicus Rex, ad Carthaginem in Africa, & ab alijs; ad Tunetum mortem oppetijſſe perhibetur, & hæc perinde fuit eadem Ciuitas.

Notę in Cap. VIII.

DICITVR Gregorius Decimus, à Cardinalibus Viterbij *Manto papali* indutus: nempe habitu Pontificum inornatus, vtpotè qui abſtinuerat in via inſignibus Principatus; donec ea conferrent ij, a quibus eligebatur: dein verò ad Vrbem proficiſci maluiſſe, vt ibi Thiara Pontificia coronaretur.

Notę in Cap. X.

VINDICIAS debeo Gregorio Decimo, quem in cauſa Othonis Vicecomitis Archiepiſcopi Mediolanenſis, inſimulare auſus eſt Stephanardus à Vimercato; quaſi diſſimulauerit, neque perſtrinxerit Eccleſiaſticis cenſuris ſacrilegam Turrianorum conſpirationem, contra eundem Othonem Archiepiſcopum: hi ſunt verſus eius.

Vrbe Placentina ſententia promitur atrox:
Metropolis ſtatuunt Ciues, vt præmia dentur
Plurima, lethalis ſi vulnere decidat exul
Antipater, propriam præſumens viſere ſedem.
Dedecus hoc aulæ eſt, grandiſque iniuria Dei
Gregorii, tantum facinus, qui ſydere clauſo
Diſſimulat; legi metuens obſiſtere ſæuæ.

Diſſimulare interdum, res eſt, quæ vitio verti non debet, cum ſæpenumero prudentia ſumma ſit, differre pœnarum ſeueritatem. Certè charitas ſumma eſt, diſſimulari à Deo peccata hominum, propter pænitentiam; & poterit cum laude hoc imitari Gregorius Pontifex, in terris Vicarius Dei.

Fuit ideò æquior, ac melior ſententia Georgij Merulæ, qui de Gregorio. *Maluit*, inquit, *litem, ac certamina componere, quam ſeueriore edicto feroces homines metu execrationum non ad officium, ſed ad arma compellere.* Antiqu. Viceconi. l. 4

Cum autem Gregorius Neapoleonem, qui erat Turrianorum Anteſignanus, diris deuouerit; ac Mediolanenſem vrbem ſubiecerit interdicto, propter interceptos, ac negatos Othoni Archiepiſcopo annuos Eccleſiaſticos prouentus: malè aſſeritur, aut diſſimulaſſe, aut metuiſſe in crimine magis atroci:

nem-

Digitized by Google

nempe intentatæ mortis eiuſdem Archiepiſcopi.

Et profectò mihi hæc attentiùs expendenti fit veroſimile, in re non ſatis comperta, & quæ non fuerat executioni mandata, non potuiſſe Gregorium Pontificem prudenter in ipſos Turrianos animaduertere; dum videlicet, vt dici ſolet à Iuriſperitis, *non conſtabat de corpore delicti*.

Dicam cum Auſonio.

Si qua fides falſis vnquam eſt adhibenda Poetis.

Perinde libuit Stephanardo poetæ, in hac parte criminari Gregorium Decimum, Sanctiſſimum Pontificem: ac libuit aliquantò poſt Danti Aldigerio, viliſſimæ ignauiæ arguere, atque ad æterna ſupplicia Gehennæ, ablegare Cæleſtinum V. quòd Pontificatu abdicauerit ſe. Neuter eorum tamen cæli honores detrahet, aut Cæleſtino, qui eos iam eſt cõſecutus, aut Gregorio Decimo, qui eos & promeruit pridem, & ſicuti ſperamus, propediem erit conſecuturus.

Nell'Inferno canto 3

Peculiariter an vlla ſit adhibenda fides Stephanardo, dicet Triſtanus Calchus, ſcriptor Mediolanenſis, qui eum ita deſcribit in præfatione Hiſtoriæ ſuæ. *Accepti honoris gratiam Othoni Archiepiſcopo relaturus, eius geſta carmine ornare, quam ſimpliciter proſæ committere maluit; & dum poeticè furit, & in pleriſque licentiùs euehitur, neque à præpoſterationibus temperat: alia verò plus æquo exaggerat, alia ſilentio prætermittit, & rem totam in fabulam vertit.*

Sacræ Theologiæ cathedram obtinuerat ab Othone Archiepiſcopo Stephanardus: Mœcenati ſuo ideò licentiùs adulari auſus eſt, & Gregorio Pontifici calumniam impingere, quem damnoſæ inſimulationis, aut metus minimè inſimulaſſet; ſi legiſſet in commentarijs rerum ab ipſo geſtarum, ab eo maximos, & potentiſsimos Reges officij admonitos, ac deuotos diris etiã; vt non videatur debuiſſe magnopere formidare minorem potentiam Turrianorum.

Libet maledico huic poetæ, poema opponere Mediolani excuſum typis publicis, anno milleſimo, quingenteſimo vigeſimo primo, in quo, etſi eſt Panegyricum carmen de Sancto Antonino Martyre, Patrono, ac Tutelari Placentiæ Vrbis, hæc de Gregorio Decimo Pontifice habentur.

Gregorium tacuiſſe nefas, qui clauiger Orbis
Integritate fuit ſancta: mortalibus atque
Exutus vinclis, Diuum decoratus honore eſt,

Panegyr. Cipellarij de Buſſeto

Cor-

Carpus & Areti colitur, mirifque coruſcat.

Attamen ad Srephanardi Poeſiā Galuagnus, ſeù Galuanus Flamma, etiam ipſe plus æquo ſtudioſior gloriæ Vicecomitum, maluit ſe referre in libro, qui inſcribitur *Manipulus florum*, & qui Spinarum verius aculeo exerit, aduerſus Gregorium X.

Recedit Papa, inquit, *& Turriani datis magnis pecunijs ipſum Othonem interfici curauerunt, ſed non potuerunt quia ad Concilium properauit*; ac deinde ſubdit. *Attendenda eſt hic magna verecundia Papæ, qui ipſum Othonem ſua promiſſione fruſtrauit.*

Chron. maius c. 388. an. 1278. Hic Auctor parum ſibimet conſentaneus videtur; etenim in edito ab ſe altero libello, abſtinet ab omni cenſura: dum hanc hiſtoriam pertexit, & quodammodo inſinuat prudenter negotium differri debuiſſe, donec Synodo finis eſſet.

Iſto anno, inquit, *Gregorius Papa Concilium Generale indixit apud Lugdunum. Qui intrans Italiam, cum omnibus Cardinalibus, peruenit Placentiam, et duxit ſecum Othonem Archiepiſcopum, intendens eum in ſua ſede collocare, & venit ad ciuitatem Laudenſem, octauo die Octobris, & fuit hoſpitatus in Monaſterio Sancti Baſſiani: ſed Turriani contradixerunt, & multas minas contrà Papam, & Curiam intulerunt, propter quod Papa mandauit Othoni Archiepiſcopo, quòd in Bugella ſtaret, donec de Concilio rediret.*

Videbatur nimirum conſultiùs, inſiſtere procurationi Eccleſiæ totius, in Oecumenica Synodo, & peculiaris Eccleſiæ Mediolanenſis interim remedia differre.

In Præfat. hiſtoriæ. Ceterùm ſi Galuanus Flamma, in priore libello iniquior eſt, erga Gregorium Decimum; Triſtani Calchi de eo cenſuram in promptu habeo; vt conſtet, quænam ipſi habenda ſit auctoritas, aut fides.

Cælum, inquit, *& aſtra conſcendere auſus, minimè erubuit ſtirpem* (nempe Vicecomitum) *à Ioue, Venereque per Anchiſem deducere, & alia, quæ quàm cum priſcorum, non dico hiſtorijs, ſed fabulis congruant, etiam pueri noſtri temporis intelligant.*

Quin immo ſplendidè hallucinatus eſt in alijs quoque, in quibus fuiſſet faciliùs, veritatem conſectari. Vti cum vaniſſimè aſſeruit, ſedem Imperij à Federico Cæſare, in Laudenſi vrbe conſtitutam eſſe: atque ibidem á Sanctis Apoſtolis Iacobo, & Ioanne, Baſilicam Sancto Petro Apoſtolorum Principi, fuiſſe dedicatam: cum tamen ſit adeò manifeſtum, Sancto Iacobo ſuperſtitem annis plurimis fuiſſe Sanctum Petrum.

Ad hæc Georgius Merula, patria Alexandrinus, & Mediolani hu-

Digitized by Google

humaniorum litterarum inſtitutor, ac magiſter, in hiſtoria Vicecomitum, facinus deſcribens Turrianorum, aduerſus Othonem Archiepiſcopum, de Gregorio ita loquitur. *Et ſi ſunt, qui tradant, Pontificem nefandi conſilij conſcium fuiſſe.*

Sed Triſtanus Calchus, Georgij Merulæ auditor, & qui cum Ticini eſſet Bibliothecarius, ex fontibus ipſis haurire verum pro hiſtoria potuit. lapſum in multis eſſe Georgium Merulam affirmat.

Quamquam is de Gregorio Decimo ex propria ſententia nihil pronunciat: ſed ad Stephanardum, & Galuanum, ſcriptores vanos, & mendaces, rem videtur transferre; dum eſſe ait, qui tradunt, Pontificem nefandi conſilij conſcium fuiſſe.

Præterea inſurgit Pauli Iouij grauior multò, & iniquior criminatio, qui non refert modò aliorum ſcriptorum dicta, ſed ex ingenio ſuo comminiſcitur alia, quibus crimen augeat.

Refert, inquit, *Stephanardus Flamma qui eam hiſtoriã carmine conſcripſit, Pontificem ipſum (quod vix credibile eſt) nefarij conſilij, conſcium fuiſſe. Quod fortaſſe pro falſo eſſet omittendum, niſi & tum, & poſtea, quantum vita ſuperfuit, Othoni animum planè hoſtilem, & quò lethalius noceret, inſidioſis honeſtorum verborum coloribus conuelatum, oſtendiſſet.*

Paulus Iouius in vita Othonis Archiepiſcop.

Primo duorum Scriptorum confundit nomina, eaque conglutinat in Scriptoris vnius nomenclaturam: nam Stephanardus à Vimercato & Galuanus Flamma, alter Poeta, & alter Hiſtoricus ſunt Paulo Iouio vnicus Auctor Stephanardus Flamma.

Etſi verò eorum neuter dixit, Gregorium nefarij conſilij Turrianorum fuiſſe conſcium, nihilominus; hoc eis ſingillatim affingit, quaſi de illis id narrauerit Georgius Merula. Itaque mõſtrum ex Scriptoribus ternis componit, & veluti Cerberum trifaucem, ex Orci cauea euocat, aduerſus innocentiam, & famam Optimi, ac Sanctiſſimi Pontificis.

Cum deinde vix credibile id exiſtimet, deteriora nihilominus de ipſo enunciat, dum ait; Gregorium, & tum, & poſtea, quantum vita ſuperfuit, Othoni animum planè hoſtilem, & quo lethalius noceret, inſidioſis honeſtorum verborum coloribus conuelatum oſtendiſſe.

Sæcula tria interceſſerunt fermè, inter Gregorij Decimi, & Pauli Iouij ætatem: Scriptores celebriores rerum Mediolanenſium, Triſtanus Calchus, Donatus Boſſius, Bernardinus Coirus, Beſozius, & alij Gregorium, non hoſtem quidem Othonis Archie-

chiepiſcopi; ſed immò patronum, ac defenſorem fuiſſe tradunt: vtpotè qui eius cauſa, Turrianis inſalutatis, Mediolano exceſſerit; Principem eorum Neapoleonem cenſuris Eccleſiaſticis perſtrinxerit, vrbemque ipſam ſubiecerit interdicto.

Quis ergo tam prauis artibus imbutum Gregorium Paulo Iouio deſcripſit, poſt diuturnum adeò annorum interuallum; niſi viroſum calamum ſuum acuiſſet aduerſus eum, ſtudio aſſentandi.

Operæ pretium eſt, in theatrum iam inducere varios, & graues ſcriptores, nationum diuerſarum, qui de Pauli Iouij auctoritate, ac fide cenſuram ferant: vt in comperto ſit, quanti ponderis, ac momenti habenda ſit eius ſententia, de Gregorio Decimo.

In Reſp. & Legali cenſur. 5. Raguaglio 44 Nella Piana vniuerſale, al diſcorſo 38.

Comes Federicus Scotus Placentinus, notat Pauli Iouij mẽdacia, & Traianus Boccalinus eum ait, ad Apollinis Tribunal in ius vocatum, tanquam Hiſtoricum mendacem.

Garzonius affirmat, eum ſtomacho fuiſſe amarulento, aduerſus Florentinos, & vim rhabarbari præſetuliſſe in eos: tametſi Medici Florentiæ, purgauerint bilem ipſius, pharmaco auri potabilis, quod ægritudini eius videbatur maximè cõſentaneum.

Nella ciuile conuerſ. l. 2.

Stephanus Guazzius, ſuæ malæ fidei conſcium fuiſſe quidem Paulum Iouium ſcribit: ſed dictitare ſolitum, euolutis centum annis, neminem fore ſuperſtitem, qui cõtradiceret, aut falſi eum redargueret.

Lib. 1. Polit. c. 9.

Iuſtus Lipſius, iudicio, & fide ambiguum Paulum Iouium dicit; & Myræus ſcriptorem vocat, *venalis cui penna fuit*, Bodinus ſcriptorem audacem, & mendacem appellauit: nec aliud iudicium, de ipſo leges apud Petrum Matthæi, Regium Hiſtoricum Galliæ.

Lib. 11. Hiſt ab anno 1552.

Sed Auguſtus Thuanus Paulum Iouium deſcribit graphicè, dum referens, eum à Clemente Septimo haud impetraſſe Patriæ ſuæ Epiſcopatum, ita ſubſequitur. *Quod in cauſa fuiſſe plerique tradunt, cur Clementem in hiſtorijs auaritiæ, & tenacitatis inſimulet. Cum alioquin homo gratioſus, ſe paſsim obnoxium prodat, eoque nomine ipſi, in pleriſque rebus, fides derogetur: quod ad gratiam, & in odium ſcripſiſſe, & venalem calamum habuiſſe, ferè omnibus perſuaſum ſit.*

Hiſtor. l. 31

Idem etiam Auguſtus Thuanus alibi ait, Paulum Iouium multa in Montmorentij inuidiam ſcripſiſſe, quoniam ille nomen ipſius expunxerat, regnante Henrico Secundo, ne penſione annua

Digitized by Google

annua deinceps frueretur; quam obtinuerat regnante Franciſco Primo.

Perinde Paulum Iouium auiditatis notat, & quæſtus, Hieronymus Oſorius Luſitanus: cum enim de victoria egiſſet, quam Luſitani maritimo prælio reportauerant, aduerſus Sultanum, ita ſubdit. *Quam victoriam Paulus Iouius, cum de Sultani claſſe in Indiam contra Luſitanos delata narraſſet, ſilentio ſuppreſſit; iratus videlicet, quòd cum Luſitanæ Hiſtoriæ ſcribendæ munus, Ioanni huius nominis tertio, Luſitaniæ Regi venale propoſuiſset, Rex Optimus, non illum muneribus Indicis, ad res Luſitanorum cum virtute geſtas, monumentis illuſtrandas inuitauit.* Lib. 6. de rebus geſtis Eman. Luſit Reg.

Contra Franciſcus Belcairus, Epiſcopus Metenſis, Paulum Iouium ait, aſſerere ex proprio ingenio duntaxat, ſuſceptam bellicam expeditionem, aduersùs Regnum Neapolitanum, conſentientibus Regni comitijs: *Concilium Turonenſe*, inquit, *vbi magnificè Carolus de hoc bello diſputauit, cui omnes propè Gallorum proceres conſenſerint, comminiſcitur Iouius, vt alia pleraque, ibique in mendacijs liberè vagatur. Cæteri Scriptores, eius non meminerunt.* In rerum Gallicarũ Comment l. 5. n. 10. an. 1493.

Sed de ſe Paulus Iouius ipſemet iudicium ferat, & conſtabit magis, eius ambigua, immò & nulla fides. Videlidet ſcribens ad Annibalem Raimundum, cum quo inerat ei amicitiæ neceſſitudo, queritur ſe in hiſtoria narraſſe, plexos capite Centuriones quoſdam, poſt Ciuitatis vnius deditionem in Subalpina regione; quos tamen deindè intellexit viuere, ac ſpirare incolumes: atque adeò, ſe ſupremum eorum ducem traduxiſſe apud poſteros, quaſi reum ignauæ deditionis; de quo interim erat res comperta, datum ipſi à Rege Chriſtianiſſimo, regium diploma rei benè geſtæ: & collatas ei alias belli præfecturas, non ab ipſo Rege duntaxat, ſed à Iulio Secundo Pontifice etiam, in oppugnatione Ciuitatis Mirandulanæ.

Vt concludam; cum Paulus Iouius amicitiam coluerit, cum viris alienæ Religionis, eoſq; in ſuo Muſæo allaudauerit; cumque à Turcarum Tyranno acceperit dona, nempè aureum numiſma; aureumque calamum; meruit, vt Lucas Vadingus, vir doctiſſimus, & religioſiſſimus, pronunciauerit; hæc vtique vacillantem eius fidem infringete, & vt loquitur ipſe, *Paganiſmum potius, quam Chriſtianiſmum redolere.* Bullarino nell'Hiſtoria di Como.

Equidem parcius iſta vſurpari optarem de viro, qui fuit inauguratus ſacra Epiſcopi dignitate: niſi ipſe tam liberè auſus

 fuiſſet

Tom.3.Annal.Miro. l.73. fuiſſet criminari Optimum,& Sanctiſſimum totius Eccleſiæ Præſidem, Gregorium Decimum; cum præſertim nulla ſit adactus ſuperiorum Scriptorum, qui ſæculis tribus anteceſſerant, auctoritate,vt iſthæc affirmaret. Quis enim Gregorium Decimum dixit, vel hoſtili ſemper animo fuiſſe aduerſus Othonem Archiepiſcopum, vel ingenio inſidioſo, & verbis conuelatis ſtudio fallendi, vſum eſſe?

Apagè calumnias iſtas; Nempè ignorare omninò haud potuerit Paulus Iouius ſanctimoniæ famam, qua Gregorius Decimus colebatur Aretij, propinqua in vrbe;cum tot annis vixerit Florentiæ,ex liberali humanitate Principum Mediceorum.

Sed enim hoc dandum videtur Pauli Iouij conſuetæ in ſcribendo licentiæ: Deinde haud ignorare potuerit Sancti Antonini Florentini Epiſcopi ſanctitatem: quem virtutibus ex æquo, ac miraculis clarum, ſciebat inter Cęlites connumeratum fuiſſe ab Adriano VI. Pontifice, ſicut ipſemet ſcripſerat, in vita eiuſdem Adriani. Attamen veritus non eſt dicere, Ioannem Ga-
p.3.t.22. c.3.§.41. leatium Vicecomitem, Mediolani Ducem, infamia libidinum turpiſſimarum, immeritò aſperſum eſſe ab Antonino Florentiæ Archiepiſcopo, in hiſtoria ſua; quem ideo ait, nec pulchra, nec arguta ſcribendi ratione, traducere auſum eſſe hoſtem patriæ ſuæ.

Hæc in Pauli Iouij commentarijs induci atq; expungi oportuit, non tam metu, ne officerent famæ, atque exiſtimationi Sancti Antonini, qui relatus in Diuos, ſupra maleuoli ſcriptoris inuidiam procul dubio iam erat; quàm ne ſupereſſet huius tam praui exempli monumentum. Et perindè ab ijſdem Pauli Iouij commentarijs induci expungique oporteret, quæ marcido ſtomacho effudit in Gregorium Decimum, optimum, & ſanctiſſimum Pontificem.

2.Tom. hiſt. ſuæ Eccleſiæ Mediolanenſis. Et ſi enim alioquin eius exiſtimatio, ſatis in tuto eſſe videtur: nihilominus anſam erroris alijs præbebit, ſicut reipſa Ioſephus Ripamontius Mediolanenſis, à Paulo Iouio cenſeri poteſt inductus, vt conſentanea illi ſcriberet, dum facinus Turrianorum refert aduerſus Othonem Archiepiſcopum.

Quod supereſt hanc Pauli Iouij qualemcunque calumniam, ſeu criminationem, ad terram dare poſſum, vt fulmine, poſſum vt grandine. Inſtar fulminis erunt teſtium trium locupletiſſimorum dignitas, auctoritas, ſanctitas; nempè Sancti Ludouici Regis; Sancti Bonauenturæ Cardinalis; Sancti Antonini Ar-

chie-

chiepiſcopi, quorum de Gregorio Decimo iudicium, quã fuerit illuſtre, ſignificaui. Deinde inſtar grandinis erunt, Scriptores omnium nationum, numero magno, qui de eo ſunt honorificè locuti,& quorum ideo elenchum hoc loco attexam,vt hac nube teſtium ſit penitus defenſa,Gregorij X. Integerrimi, & Sanctiſſimi Pontificis, exiſtimatio.

De Sanctitate B. Gregorij X. ex Italis Scriptoribus.

SACRI Collegij S. R. E. Cardinalium litteræ,ad ipſum Gregorium X. tunc Theobaldũ Leodienſem Archidiaconum,pro eius electione ad Pontificatum, anno 1271. Septembris Menſe, ex Regiſtro Vaticano Marini de Ebulo pagina 45.

Marcus Paulus Venetus de Regione Orientali lib. 1. cap. 5.

Ptholomeus de Lucca,ex ordine Fratrum Prędicatorum,Epiſcopus Torcellen. & Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus in vitis Pontificum,in Greg. X.

Idem Author etiam in Annalibus Lucenſibus.

Ricobaldus Ferrarienſis in ſua Hiſtoria.

Ricordanus Malaſpina in Hiſtoria Florentina cap. 196. & ſeq.

Ioannis Papæ XXII. litteræ,ad Archiepiſcopum Piſanum, & Epiſcopum Mutinenſem,pro eiuſdem Gregorij X. canonizatione inſtituenda 6. idus Maij anno 9. Pontiſicatus datæ; ex Regiſtro Vaticano.

Codex ſtatutorum Ciuitatis Aretij, anno 1327. conditorum lib. 1. in Statut. n. 42. & 48.

Ioannes Andreas, &Gemin. in c. vbi periculum de electione in 6.

Andreas Dandalus Dux Venetiarum in ſuo Chronico.

Franciſcus Petrarcha,in vitis Pontificum,in Gregorio X.

Nicolaus Poliſtor in ſuo Chronico.

Ioannes Villanus in hiſtoria Florentina lib. 7.

Bartholomęus Piſanus, Ordinis Fratrum Minorum lib. 1. Conformit. S. Franciſci fruct. 8.

Flauius Blondus Foroliuienſis, Decade 2 lib. 8. & etiam lib. de regione Lombardiæ, vbi de Placentia.

Sanctus Antoninus Epiſcopus Florentinus hiſtor. p. 3. tit. 20. cap. 2.

Digitized by Google

cap. 2. ponens formalia verba : *Fuit autem, vir optimus,& procul dubio Sanctiſſimus : ingentis animi quidem contra Chriſtiani nominis inimicos* & quoad illius ſepulchrum, addidit. *Sepultus eſt Aretij ſumma cum veneratione, multaque circa illius corpus miracula poſtmodum ſubſequuta, fidem eius ſanctitatis indubiam præbuere.*

Iacobus Zenus Epiſcopus Patauinus,& Bibliothecarius Vaticanus, in vitis Pontificum.

Baptiſta Platina, in Gregorio X.

Ioannes Franciſcus Pauinus Sacræ Rotæ Auditor, in Relatione Sancti Bonauenturæ p.1.art.4. & p.2. art.7.

Ioannes Philippus de Legnamine, Meſſanenſis in Chronic.

Robertus Licienſis, Ordinis Minorum, Epiſcopus Aquinas, in ſermone de Sancto Bonauentura.

Marcus Antonius Caccius Sabellus, Ennead. 9. lib. 7.

Podius Florentinus, in Hiſtoria Florentina.

Mariannus Florẽtinus, Ordinis Minorum, Chronic. lib. 3. cap. 1.

Raphael Volaterranus Commentar. lib. 22.

Paulus Interianus, Hiſtor. Genuenſ.

Ioannes Stella Venetus, in vitis Pontificum.

Thomas Radinus Fodiſcus, Placentinus, Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatij Magiſter, in ſyderali abyſſo c.49.

Paulus Aemilius Veronenſis, de rebus Francorum lib. 7.

Alexander Geraldinus Epiſcopus Ciuitatis Sancti Dominici, in vitis Pontificum.

Polidorus Virgilius, Vrbinas, Hiſtoria Anglicana.

Bernardinus Epiſcopus Cipellarius, Buxetan. in Panegyrico Sancti Antonini Martyris lib. 3.

Hieronymus Perbonus Marchio Inciſæ, & Ouiliarum Dominus lib. 2. Ouiliarum pag. 30.

Auguſtinus Iuſtinianus, Genuenſis Epiſcopus Nebien. hiſt. lib. 3.

Marcus Guatius in Chronic.

Bartholomæus Bagarottus, Placẽtinus, in Chronic. Placentin.

Ioannes Hieronymus Albanus (poſtea Cardinalis) in libro de Cardinalatu ad Paulum 3.

Rolandus Malauolta hiſt. Sen. p. 2. lib. 3.

Ioannes Baptiſta Ramuſius, Nauigationum volum. 2. in princ.

Cyprianus Manentus, Hiſtoria Vrbeuetana.

Honu-

Honuphrius Panuinus, Veronenſis, Ordinis Eremitarũ Sancti Auguſtini, in Epitome Romanorum Pontificum, & etiam in Notis ad Platinam.

Ioannes Tarcagnota, Hiſtoria Vniuerſalis.

Vmbertus Locatus, Epiſcopus Balneoregienſis, de origine Placentiæ pag. 181.

Simon Maiolus, Epiſcopus Vulturarienſis, in Epiſtola ad Pium V. & etiam in alia ad Pium V. & etiam in alia ad pium Lectorẽ, & in Notis commentariorum in Concilium Lugduneuſe, ipſius Beati Gregorij; & in libro quoque de ſacris imaginib. centur. 13. cap. 15.

Gaſpar Bugatus Mediolanenſis, hiſtoria vniuerſalis.

Carolus Sigonius Mutienſis, hiſtoria vniuerſalis.

Carolus Sigonius Mutinenſis, de regno Italiæ lib. 10.

Franciſcus Sanſouinus in Chronic. vniuerſ. p. 2.

Petrus Bizarius Sentinas in Annal. Genuenſ.

Ioannes Baptiſta Pegna hiſt. de Principibus Eſtenſibus lib. 3.

Pompeius Pellinus hiſt. Peruſin. p. 1. lib. 4.

Angelus Conſtantij, Hiſtor. Neapolitan.

Helias Capreolus, Hiſtoria Brixienſis.

Petrus Rodulphus Toſſinianenſis, Ordinis Minorum, Epiſcopus Venuſinus Hiſt. Seraphic. lib. 1.

Gregorius Lombardellus, Senenſis, Ordinis Prædicatorum, in vita Beati Franchi Senenſis cap. 7.

Antonius Ciccarellus Sacræ Theologiæ Doctor, in vitis Pontificum.

Franciſcus Gonzaga, Ordinis Minorum, Epiſcopus Mantuæ, Hiſtoria ſeraphica Religionis.

Mutius Panſa in ſua Bibliotheca Vaticana p. 2. diſcurſu 12.

Ioannes Petrus Maffæis, Bergomenſis, Societatis Ieſu, in vita Sancti Thomæ Aquinatis.

Ioannes Petrus Stupanus, Sacræ Theologiæ Doctor, in Compend. Inſtit. Pontif.

Thomas Coſta Neapolitanus, in Epitome vit. Pontific.

Iacobus Boſius Eques hiſtoria Relig. equit. Hieroſolymit. p. 1. lib. 10.

Cherubinus Gerardatius, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Hiſtoria Bononienſ. lib. 7.

Hieronymus, Menghus, Ordinis Minorum, in Theſaur. cæleſtib. Mariæ Virginis lib. 1. cap. 24. & ſeq.

Gre-

Digitized by Google

Gregorius Polydorus Piſtorienſis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, in ſuo Gregoriano.

Scipio Ammiratus Florentin. Hiſt. Florent.

Ioannes Nicolaus Dolionus, in Compendio hiſtorico p. 3.

Gaſpar Sillingardus Epiſcopus Mutinenſis, in Catalogo Epiſcoporum Mutinenſium.

Bartholomæus Dionyſius de Fano Hiſt. p. 2. cap. 153. & ſeq.

Ioannes Baptiſta Signius, Canonicus Regularis Sancti Saluatoris de Ord. & Statu Canonico lib. 1. cap. 14.

Marinus Sanutus, Patritius Venetus, Hiſtor. Oriental. tom. 2. lib. 3. cap. 13.

Hippolytus Doneſmundus, Ordinis Minorum Eccleſiæ Mantuanæ p. 1. lib. 4.

Hiſtoria præfixa Concilio Lugdunenſi 2. tom. 4. Conciliorum editorum Romæ anno 1612.

Antonius Poſſeuinus Iunior Philoſophus, & Medicus Mãtuanus Hiſt. Gonzag. lib. 2.

Archangelus Granus, Florentinus, in Annal. Ordin. Seruorum p. 1. lib. 4. cap. 3.

Franciſcus Longus à Coriolano, Ordinis minorum Capuccinus, in Breuiario Chronologico.

Philippus Ferrarius Ord. Seruorum in Catalogo Sanctorum.

Baſtianus Gattus, Placentinus, Monachus Sancti Hieronymi Eremitarum, in Poemate Matris Dei, Lament. 5. n. 90. & etiam in Indice, littera G. Bononiæ impreſſo.

Pandulphus Ricaſolus, Canonicus Florentinus, in vita Beati Philippi Benitij lib. 2. cap. 12.

Nicolaus Bacceſius, Florentinus, ex Ordine Ciſtercienſium Abbas, Hiſt. Septimian lib. 7.

Ex Hiſpanis Scriptoribus.

Frater Nicolaus Cardinalis de Aragonia, in Collect. lib. exiſtente in Bibliotheca Vaticana.

Bernardinus Gomeſius, Epiſcopus Albaraſienſis, in vita Iacobi Regis Aragonum lib. 19.

Petrus Meſsias, in vita Rodulphi Imperatoris.

Frater Marcus Vlyſſiponenſis, Epiſcopus Porti, in Luſitania, in Chronic. Frattum minorum p. 2. lib. 2. cap. 7.

Ioannes Pineda, in Monarchia Eccleſiaſtica p. 3.

Fer-

Ferdinandus de Caſtillo p. 1. Hiſtoriç Generalis, Ordinis Sancti Dominici lib. 3. c. 9. & c. 39. cum ſequent.

Gonzalus de Illeſcas, in hiſt. Pontificum p. 1. lib. 1. cap. 40.

Alphonſus Ciacconus, Ordinis Prædicatorum, in vitis Pontific. in Greg. X.

Ioannes Mariana Societatis Ieſu, de rebus Hiſpanicis lib. 13. cap. 22.

Petrus Ribadenerias Societatis Ieſu, in Flore Sanctorum, in vita Sancti Bonauenturæ.

Ex Gallis.

GVlielmus de Nangis Monachus Sancti Donyſij, in vita Philippi Regis Franciæ, filij Sancti Ludouici.

Gulielmus Duranti cognomento Speculator, in Comment. Concilij Ludunenſis, ipſius Gregorij X.

Bernardus Guido Ordinis Prędicatorum, Epiſcopus Luteuenſis, in Chronol. Pontificum Romanorum.

Vincentij Belluacenſis Additionator, in Speculo Hiſtoriali l. 31 cap. 14.

Robertus Gaguinus Hiſtoria Francorum lib 7.

Nicolaus Aegidij, Secretarius Regius, in Annalibus Franciæ.

Chriſtophorus Rofiniacus, Coſageus Præſes, & Conſiliarius Regius, de re Sacerdot. ſeù Pontif. lib. 2. cap. 30.

Franciſcus Belforeſtius Coſmograph. tom. 2.

Franciſcus de Roſſiers, Archidiaconus Tullenſis, tom. 5. Stemmat. Lotharingiæ Ducum.

Gilbertus Genebrardus Theologus Pariſieſis lib. 1. Chronol.

Iacobus Seuerſius Theologus hiſtor. chronolog. Antiſtitum Lugdunenſium p. 1. n. 86. & p. 3. cap. 1. ſect. 5. §. 1. & ſequentibus.

Gabriel Michael Andegauenſis, in Tabula Chronol. Pariſijs impreſſa 1615.

Leonardus Coqueus, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini in Antimoneo tom. 2.

Henricus Spondanus, Epiſcopus Appamienſis, in Auctario Chronologico, ad Annales Baronij.

Claudius Robertus, Presbyter Lingonienſis, in Gallia Chriſtiana, vbi de Epiſcopis Leodienſibus.

Ex

Digitized by Google

Ex Germanis.

HAinricus Stero, Monachus Althaenſis, in Chronico ſui Cœnobij.
Annales Dominicanorum Colmurienſium p. 1.
Siffridus Presbyter, in Epitome lib. 2.
Ioannes de Suſato, Ordinis Prędicatorum, in Chronic. Magiſtr. General. dicti Ordinis.
Vuernerius Roleuinchus, in Faſciculo temporum.
Hartmanus Schedelius, Doctor, in Chronica vniuerſali.
Chronicon generale antiquum totius mundi, impreſſum anno 1495.
Ioannes Tritemius, in Chronic. Monaſterij Hirſaugienſis.
Paulus Langius Cigneus, Monachus Bozauienſis, in Chronic. Citizen.
Georgius Vuicellius, Epitome Romanorum Pontificum.
Franciſcus Ioannettinus I. V. D. de Pontif. Rom. cap. 162.
Antonius Bonefidius I. C. de Iure Orient. in Sanctionibus Imperatorijs.
Sebaſtianus Verronius, Præpoſitus Friburgenſis, in Chronic. Eccleſiaſt. & Monarch lib. 3.
Gerardus de Root in Hiſtoria Auſtriaca lib. 1.
Seuerinus Binus, Canonicus in Concilio Generali tom. 3. p. 2.
Chriſtophorus Hertmannus, Monachus Sancti Benedicti in Annal. Eremit. Deiparæ Matris Monaſterij, in Heluetia.
Petrus Opimereus in Opere Chronologico.
Iacobus Gretſerus Societatis Ieſu, in examine Miſterij Pleſſeani cap. 55.

Ex Flandris.

IOannes Inueſtitus, Sancti Ioannis de Vuarnans, hiſtoria Leodienſ.
Ioannes Cappeauille, de geſtis Pontificum Leodienſium to. 2.
Magnum Chronic. Belgicum, anno 1607. impreſſum, tom. 1, pag. 260.
Iacobus Meijerius in Annalibus Flandricis lib. 9.
Riccardus Vaſſiburg. Archidiaconus Virdunenſis in Antiquitatibus Belgicis.

Ioan.

Digitized by Google

Ioannes Molanus in Natal.Sanctorum Belgij,die 10.Ianuarij.
Ferreolus Locrius Paulinas, in Chronico Belgico.
Sacrarium Sanctorum,Patriæ Leodienſis, anno 1618. Leodij impreſſum.
Aubertus Myreus,in faſtis Belgicis.

Ex Polonis.

MArtinus Polonus Archiepiſcopus, & Pœnitentiarius Papæ in Chronico Romanorum Pontificum.
Abraham Bzouius Ordinis Prædicatorum, in Annalib. Eccleſiaſt.tom.13, & in hiſtoria Eccleſiaſt. lib.6.

Ex Anglis.

MAtthæus Paris,Monachus Sancti Albani,in hiſtoria ſua.
Matthæus Vveſtmonaſterienſis, Monachus Sancti Benedicti, in Floribus hiſtoriarum lib.2.
Thomas Vualſingha Monachus,in hiſtoria Anglicana.
Nicolaus Harpsfeldius, hiſtor.Eccleſiaſt.Anglican.

Ex Britannis.

IOannes Rioclius Ordinis Minorum, Miniſter Prouincialis, in Compendio temporum,& Hiſtoria Eccleſiaſtica.

Ex Hibernis.

LVcas Vvadinghus Ordinis Minorum,tom.2.Annal. dicti Ordinis.

Ex Scotis.

PEtrus Kinton, Sacerdos, in Oratione de Laudibus,vita,& morte Gregorij Decimi
Martinus Scotus, Ordinis Ciſtercienſium, in Chronica Martiniana.
Ioannis Fondiani, Continuator Hiſtoriæ Scotorum Eccleſiaſt. pag.57.
Iacobus Ghordonius Societatis Ieſu Chronologia.

Thomas Dempſterus I. C. Baron de Mureſcho, Eques Aurat. Hiſt. Eccleſiaſtica Gentis Scotorum lib. 6. nu. 555. pag. 296. & lib. 10. n. 780. pag. 422.

Ex Grȩcis.

MIchaelis Palæologi Græcorum Imperatoris, litteræ reſponſiuæ ad ipſum Gregorium X. in Regiſtro Vaticano.

Nicephorus Gregoras Conſiliarius Imperatoris Andronici Iunioris lib. 5. Hiſt. Romana, poſt princ.

Annalium Glyciæ continuator.

Notȩ in Cap. XI.

EVerardus Archidiaconus Ratisbonenſis, in Chronico apud Henricum Caniſium, & poſt eum Binius affirmant: in hac ſecunda Synodo Lugdunenſi Epiſcopos aſſediſſe, pluſquam ſeptingentos. Sed acta Concilij, & Scriptores alij omnes, numerãt Epiſcopos duntaxat quingentos, Abbates ſexaginta, & Sacerdotes minores alios, ſed ſanctiſſimos, ac doctiſſimos mille; qui etiam cenſus refertur à Genebrardo libro 4. Chronologiæ.

Philippum Regem Galliarum, Sancti Ludouici Regis filium, adfuiſſe Concilio, ſcribit Gunguinus lib. 7. ſed in breui nota eorum, qui in eodem Concilio fuerunt, ſolus Aragonum Rex percenſetur: inter Oratores verò Regum aliorum, primus in cenſu eſt Orator Regis Galliarum: non igitur Rex ipſe interfuit; Et ſi tres ille quidem arces, Vrbi Lugdunenſi propinquas, Gregorio Pontifici addixit, & milite præſidiario inſtruxit, pro ipſius, & totius Concilij cuſtodia, & ſecuritate.

In volum. 4. Concil. editionis Romanæ.

Multo minus interfuit Cæſar Græcorum Palæologus, cuius potiùs Oratores excepti sũt Lugduni, cum omni honore præcipuo, & ad quem vtique abſentem, atque ad Andronicum eius filium, extant Gregorij Decimi, Pontificiæ litteræ.

Vt mirer ſanè, aliter ſenſiſſe Platinam, Ciacconium, Trithemiũ, Genebrardum libro 4. Chronologiæ; Blondum Decade 2. libro 8. Gunguinum, Gretſerum Capite 55. Examinis Myſt. Pleſsæ. Ioannem Baptiſtam Ignatium, in Palæologi vita, Binium in vita Gregorij Decimi.

Si adfuiſſet Palæologus, haud & Gregorius Pontifex ſcripſiſſet in hæc verba, *O vtinam, Fili, tibi pateret adplenum, cum quanto*

in his

in his occurrit tripudio, eadem Eccleſia, nuper in eodem Concilio congregata. O ſi voces pſallentium inibi, Deumque flexis genibus, nudatiſque capitibus laudantium, praecipuè Praelatorum, in tuis ſonuiſſent auribus, & reuelata facie ipſorum oculos deducentes, quaſi aquarum exitus inſpexiſſes; profectò prudenter aduerteres, quòd erant eorum lacrymae, tam excuſſi doloris indices, quàm adeptae laetitiae proditrices.

Ad quem etiam, non niſi abſentem, oſcula per epiſtolam interpretem dediſſet. *Occurrentes itaque tibi, de regione diſſimilitudinis redeunti, collo tuo brachijs paternae affectionis accumbimus, & ſolidae charitatis oſculo preſsiùs oſculamur.*

Notæ in Cap. XIII.

ABRAHAMVS Bzonius aſſeuerat, Rodulphum Comitem Auſpurgenſem, anno ſalutis milleſimo, ducenteſimo, ſexagnſimo ſeptimo, ſedente, Clemente IV. electum Imperatorem, à Germaniæ Proceribus fuiſſe. Fatetur tamen, contra omnium Scriptorum opinionem, auctoritatemq; ſed id affirmare. Bzouius AnnoChſti 1267

Fateatur etiam, ſemet ſuæ ipſius ſententiæ aduerſari: nam prodigia, quæ obuenere in cælo, dum is primùm inſignia Regni ſuſciperet, recenſet ſexennio poſt: nempe anno ſalutis milleſimo, ducenteſimo, ſeptuagaſimo tertio, ſedente nimirum Gregorio Decimo: Quo etiam anno, ait Germaniæ Proceres, Sacramentum ei dixiſſe; & laudat Rodulphi pietatem, qui ſceptri loco Cruce vſus eſt: dum ijdem Proceres ei obſequij reuerentiam præſtarent. Idem anno Chri 1273

Idem Abrahamus Bzouius, quæ Lauſanæ acta ſunt, inter Gregorium Decimum, & Rodulphum Cæſarem ita refert. *Lauſanæ cum moraretur, conuenit eum Rodulphus electus Romanorũ Rex; obedientiam, & tutelam, defenſionemque Sedi Apoſtolicae promiſit: iura eius, priuilegia, & immunitates confirmauit, & diploma cereo ſigillo ſignatum interim dedit; donec tempus Coronationis veniret, in quo aurea bulla ex more omnia ſignaret.*

Inter cætera verò Eccleſiaſticæ ditionis bona, faſſus eſt, ad Sedem Apoſtolicam ſpectare, *Terram quae eſt à Radicophano vſque Ceperanum, Marchiam Anconitanam, Ducatum* Spoletanum, *Terrã Comitiſſae Mathildis, Comitatum Bretonerij, Exarchatum Rauennae, Pentapolim, Maſſam Trebariam, Romam cum Ducatu Romano, Corſicam,* Sardiniam, *ac totum* Regnum *Siciliae, & vltra Pharum, quae omnia ſe defenſurum promiſit aduerſus quoſcunque alios inuaſores, vel iniuſtos occupatores.*

L 2 Po-

Poſtea ſubdit Bzouius *Iuramenti porrò formula, ex qua ſe ſacramento obſtrinxit, extat diſt. 63, C. Tibi Domino. Actum Lauſanæ 12. Kalendas Nouembris Anno Domini 1275. Indictione 14. Regni Radulphi Anno III.*

Si annus Regni eius tertius hic fuit, teſte Bzouio ipſomet, non ergo ad Regnum, aut ad Imperium fuit euectus Clemente IV. ſed Gregorio X. ſedente, atque hoc Vaticanus Codex confirmat; hoc Steron in Annalibus ſuis, hoc Ioannes Mariana, & Hiſpanica Hiſtoria referunt: dum Lugduni aiunt, Gregorium Pontificem ratam habuiſſe Rodulphi electionem, ac de Alphonſi Regis Caſtellæ, ac Legionis, olim electi etiam Regis Germaniæ, ceſſione cogitaſſe.

Lib. 13. c. 2.

Nempe Clemente IV. ſedente, vitæ diē poſtremū obijt Federicus Cæſar: poſtea S. R. Imperij Septemuiris in partes duas abeuntibus, electi Reges Germaniæ fuerunt Alphonſus Rex Caſtellæ, & Legionis, atque Richardus Cornubiæ Comes, Henrici Magnæ Britanniæ Regis frater germanus. At demum ſchiſma hoc Imperij ſuſtulit Gregorius X. Septemuiris eiſdem iniungens, vt de integro Cæſarem eligerent: atque adeò ſingillatim prouehens ad Imperij faſtigium Rodulphum Comitem Auſpurgenſem. Itaque Richardum de Imperij ſpe mors deiecit, Alphonſum Gregorij authoritas Pontificia, quæ hanc ampliſſimam dignitatem, iam tum generi Auſtriacorum, ſummo Chriſtianæ Reipublicæ bono, conſecrauit.

Notæ in Cap. XIV.

HÆ Conclauis leges fuerunt.

1 Vt Comitia fiant, vbi Pontifex ſtabilem curſam habuit, etſi forte in pago, aut ruri obierit.

2 Non ineantur comitia, niſi exacto decem dierum ſpatio, quo Cardinales, qui abſunt, aduenire poſſint, & exequiæ nouendiales Pontifici mortuo fiant à Cardinalibus, qui ſunt præſentes.

3 Vt Cardinales, qui à conclaui quouis titulo abſunt, ſuffragia non ferant.

4 Vt non modo Cardinales abſentes, ſed omnes cuiuſuis Ordinis, & conditionis homines, in Romanum Pontificem eligi poſſint.

5 Vt finitis nouendialibus, & die decimo, poſt Sancti Spiritus ſacra, omnes Cardinales, qui adſunt, loco tuto vndique clauſo, & opti-

Digitized by Google

optimè cuſtodito, quod conclaue vocant, recludantur, cum duobus tantum, vel, vt nunc conſuetudo eſt; tribus, aut quatuor famulis, qui eis neceſſaria ſubminiſtrent, & ibi comitia habeantur, nec fas ſit ingredi, aut egredi, niſi cauſa infirmitatis. Is porrò locus Conclauis, nullum intermedium parietem habeat, ſed omnes Cardinales in cellulis ſuis, laneis diſtinctis pannis, ipſum inhabitent in communi.

6 Vt locus & portæ Conclauis diligentiſſimè cuſtodiantur; ſi electio Romæ habeatur, primùm à Prætorianis, dein à Regulis Romanis & Oratoribus Principum, ſacramento prius adſtrictis. Demum in loco, oſtio Conclauis proximiore, ab Epiſcopis, & Conſeruatoribus Vrbis; ſi autem extra Vrbem comitia hæc habeantur, à loci eiuſdem Dominis Temporalibus, eodem fidelitatis iuramento obligatis. Quorum munus erit Conclaue cuſtodire, & diligenter cauere; ne quid in Conclaue inferatur, ſeu exportetur; quominus legitima ſuffragia ferri poſſint; atque ſingula ſcrutari, quæ vel cibi, vel alterins rei cauſa conferuntur ad eos, ac prouidere, ne quid detrimenti patiantur Cardinales; omnibuſque ipſorum nutibus præſto eſſe; ac eligere Pontificem differentes, ad maturandam electionem coarctare. Milites vero Prætoriani, ac Reguli Romani Conclaue ab omni impreſsione tutum reddere debent.

7 Vt Cardinales è Cõclaui egredi nulla ratione poſſint, niſi Põtifice creato, quod ſi re infecta egreſſi fuerint, ab his, qui cuſtodiæ præſunt, iterum ingredi cogantur.

8 Vt Cardinalibus venientibus poſt ingreſſum Conclauis, & ante Pontificis creationem, poteſtas ſit, Conclaue ingredi, & cum cæteris ſuffragia ferre. Nulluſque Cardinalis, quauis occaſione, aut prætextu, etiam excommunicationis vinculo innodatus, ab ipſa electione arceatur.

9 Vt poſt triduum ab ingreſſu Conclauis, niſi Pontifex fuerit renunciatus, Epiſcopi, Reguli Romani, & qui eius cuſtodiæ præſunt, maximam in epulis, & cibis, qui Cardinalibus inferuntur, rationem habeant, & illis non niſi vnum ferculum inferri permittant.

10 Vt in comitijs habendis, ſub Anathematis pœna nulli fas ſit, aut largitione vti, aut quicquam polliceri, aut prenſare: ſiuè ambiendo animos, Cardinalium ſibi in noua creatione deuincire. Quo interim tempore Cardinalibus, nulli alio negotio vacandi ius, poteſtaſque ſit, quò electio maturetur.

11 Vt nemo Romanus Pontifex renunciari poſſit, niſi duarum par-

Digitized by Google

partium ex tribus, Cardinalium in Conclaui præſen etiam, integ ſuffragia tulerit, ſeu habuerit.

12 Vt mortuo Romano Pontifice, omnes Eccleſiaſtici magiſtratus, & officia ſtatim ceſſent, atque à muneribus ſuis vacent, præter Pœnitentiarium maiorem, minoreſque, & Camerarium S. R. E. quorum munera etiam mortuo Pontifice perſeuerant.

Ex Libro 6. Decretalium Bonifatij Papæ VIII. lib. 1. to. 6. de Elect. & Elect. poteſt. c. 3. *Vbi periculum.* Item lib. Clementin. 1. tit. 3. de Elect. & Elect. poteſtate cap. *Ne Romani.*

Notę in Cap. XXI.

CVM vndeni Cardinales dumtaxat eſsēt ſuperſtites, ſupplere ſacrum eorum Senatum deliberauit Gregorius X. & quinos adlegit, præſtantiſſimos omnes, quos etiam Epiſcopali Cardinalitia dignitate ſimul exornauit: nempe Oſtienſi, Præneſtina, Tuſculana, Albanenſi, & Sabina.

Hos in Concilio ipſo Lugduni creatos, quidam perperam affirmant: nam in Vrbeveteri eos promotos menſe Iunio, priuſquam Gregorius Pontifex Gallicum iter auſpicaretur, narrat priſca Hiſtoria Placentina, in pergamena; in qua deſcribitur accuratè vita eiuſdem Pontificis.

Conſonat verò huic aſſertioni, Mediolánenſis Hiſtoria Bernardini Corij, in qua Gregorius dicitur comitem ſuę profectionis habuiſſe, dum Mediolano pertranſiret, Lugdunum in Gallias iturus, Sanctum Bonauenturam iam Cardinalem. Sed & ratio temporis conſtat, quia Robertus Cardinalis Bellarminus ait, Sanctum Bonauenturam cooptatum inter S.R.E. Cardinales, anno milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo tertio, qui annus Concilij tempus, procul dubio anteceſſit.

Lib. de Script. Eccleſiaſt.

Fortaſſe Diuum Thomam Aquinatem, nempè abſentem, deſtinauerat in Concilio Gregorius Pontifex, Sacro inſcribere Cardinalium Senatui, ſi eò perueniſſet. Atque hoc inſinuare videtur Thomas Radinius, natione Germanus, ac Religioſus Ordinis Sancti Dominici, qui in libro edito ab ſe, anno milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo ſeptimo; hæc habet. *Gregorius itaque Decimus, Pontifex Maximus, Placentinæ vrbis Ciuis, cunctis virtutibus clarus, ideoque poſt obitum miraculis conſpicuus, ad Lugdunenſe Concilium; propter eminentiorem ſcientiam Thomam, quinquageſimum ætatis annum inchoantem, acceſſiri iubet. O' Pontifex meritò famigeratiſſimus,*

Digitized by Google

mus, qui ſcientijs pollentes, & vocationibus, & dignitatibus exornabat. Multos namque tales Præſules fecit, inter quos verus ille frater Minor extitit, Sanctus Bonauentura, quem Cardinalatus apice ſublimauit. Et Diuo Thomæ procul dubio tale contuliſſet munus, ni vt ſolitus erat, humiliter abnuiſſet, & antequam ad Concilium perueniſſet, vita functus obijſſet. Sic ille.

Nec videatur leuis coniectura, delatam deinde Purpuram ideò fuiſſe Antiſtiti, ſeu Cœnobiarchæ Fori Appij, ex cuius Cœnobio Sanctus Thomas ad ſedes piorum emigrauit.

Ciacconius ait; Vicedominum de Vicedominis à Gregorio Decimo Auunculo, inter S.R E. Cardinales conſcriptum eſſe, cum in Sancti Franciſci religioſa familia viueret; ex eaque fuiſſe vocatum ad purpuræ honorem.

Atqui conſtat, eum Archipræſulem Aquenſem, & præterea Sedis Apoſtolicæ Legatum antea fuiſſe, ad Italiæ diſſidia componenda, & tanquam rei bene geſtæ præmium, nouam eam dignitatem adeptum eſſe.

Hoc verò eſt adeo certum, vt extet Gregorij Decimi Pontificium diploma ad ipſum Vicedominum, in quo ei poteſtas confertur, inſtruiturque. vt cum laude, atque admurmuratione populorum, legatione illa Italica fungeretur.

Itaque conſentaneum potiùs hiſtoriæ, ac veritati eſt; de purpuræ gradu eum deſcendiſſe ſponte; ad Aſcetarum religioſam humilitatem, atque inſtituto Sancti Franciſci nomen dediſſe, Gregorio Pontifice Auunculo annuente.

Haud putem tamen, ad Sancti Bonauenruræ manus, eum Religionem vouiſſe; aut ab eo ſacrum habitum ſuſcepiſſe, cum ille obierit tempore Concilij Lugdunenſis. & cum eidem Vicedominus Concilio, adhuc Cardinalis interfuerit.

Quare ſit veroſimilius; ſtatim à Synodo Cardinalem Vicedominum religioſæ vitæ conſilium inijſſe, vt poſtquam publicæ rei fuerat obſequutus, ageret in re priuata, & obſequeretur tranquillius Superis ac Deo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

Digitized by Google

Auctoris Proteſtatio.

ADuerte Lector, quæcumque hic proponuntur, ità exiberi, non tanquam ab Apoſtolica Sede perfectè examinata, et approbata; ſed tamquam, quæ à ſola ſuorum Authorum fide pondus obtineant, atque adeò non aliter quam humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum ſacræ Congregationis S.R.& Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum, an. 1625. editum, & anno 1634. confirmatum; integrè atque inuiolatè, iuxtà declarationem eiuſdem decreti à Sanctis Domino N.D. Vrbano Papa VIII. anno 1631. factum, ſeruari omnes intelligant; nec velle nos, vel cultum, aut venerationem aliquam, per haſce narrationes, arrogare Pontifici, de quo ſcribitur vita; vel famam, & opinionem ſanctitatis inducere, ſeu augere; nec quicquam eius exiſtimationi adiungere: ſed omnia in eo ſtatu relinqui, quo ſecluſa hac lucubratione obtinerent.

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
1969

Google